TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_1210_II

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Celotti
Pereg. Nicolò

Opera
Vol. II.

1210

ti
icolò
a
II.

L.

Nova
Libri Psalmorum
methodus et interpretatio
ex translatione Septuaginta
et
ex Hebraica veritate.

In intellectu sacrę Scripturę respui non debet quidquid sanę fidei non resistit. Sicut enim ex uno auro alii murenulas, alii annulos, alii dextralia ad ornamentum faciunt: ita ex una Scripturę scientia expositores quique per innumeros intellectus quasi varia ornamenta componunt: quę tamen omnia ad decorem cęlestis sponsę proficiunt. S. Gregorius l. 11. epp. cap. 101. ad Domitianum Metropolitanum.

Iam vero aliud quoque genus Cappadoces primi invenerunt id quod Nablium appellatur, quemadmodum Assyrii quoque dichordon. Clemens Alexandr. Stromat. l. 1. p. 64. d.
Et Olympus Mysius in musica harmoniam Lydiam artificiose invenit: et qui vocantur Troglodytę sambucam instrumentum invenere musicum. Aiunt autem obliquam quoque fistulam Satyrum invenisse Phrygem, κρούματα autem seu modos Olympum similiter Phrygem, quemadmodum Phrygiam harmoniam, et mixophrygiam, et mixolydiam Marsyam qui erat ejusdem regionis cum iis, qui ante dicti sunt et Doricam Thamyrim Thracem excogitasse. ibid.
Siculi quoque qui sunt in Italia primi invenere Phormingem, quę non multum differt a citharis: et invenere crepitacula, quę dicuntur Crotala. ib.
Exemplum musicę simul psallens, et prophetans ponatur David, Deum concinne, et numerose laudans. Dorię autem harmonię maxime convenit genus ἐναρμόνιον, idest concinnum, et Phrygię διάτονον, quod est vehemens, aut acutum, ut ait Aristoxenus. Barbari itaque psalterii harmonia modorum ostendens honestatem, et gravitatem cum sit antiquissima maxime fuit exemplo Terpandro ad Doricam harmoniam Jovem laudanti hoc modo. Jupiter, omnium principium, dux omnium, hoc hymnorum principium ad te mitto, Jupiter. Clemens Alexandr. l. 6. p. 675. [illegible]

Dono Pagani 17/4 82

Pręfatio.

Pręstantia libri Psalmorum

1. Inter volumina divinarum Scripturarum ea ratio,
et conditio est libri Psalmorum, ut par in illo sit
summa pręstantia, et mira ad intelligendum obscuri:
tas, atque difficultas. Χαλεπὰ τὰ καλὰ: difficilia
quę pulchra. Pręstantię quidem hic liber ab ipso
Domino habet testimonium: quandoquidem cum de
Scripturis sanctis loqueretur, quę de ipso erant, et
quę sui prophetiam sacramenti continent, ita librum
Psalmorum excipit, tamquam prę̨ libris omnibus
Prophetarum pręcipuum, atque eminentem. Inquit
enim Lucę cap. 24. v. 44. <u>Hęc sunt verba, quę
loquutus sum ad vos: quoniam necesse est impleri
omnia, quę scripta sunt in Lege Moysi, et Pro:
phetis, et Psalmis de me</u>. Verissime ille auctor,
cuius ille prologus ante commentarium S. Augus:
tini: "Psalmorum liber quęcumque utilia sunt, ex
"omnibus continet. Quid est, quod non discatur in
"Psalmis? Non omnis magnitudo virtutis, non nor:
"ma justitię, non pudicitię decor, non prudentię
"consummatio, non patientię regula, non omne quid:
"quid potest dici bonum? Procedit ex ipsis Dei
"scientia perfecta, pręnunciatio Christi in carne
"venturi, et communis resurrectionis spes, suppliciorum
"metus, glorię pollicitatio, mysteriorum revelatio: o:
"mnia prorsus in his, velut magno quodam, et
"communi thesauro recondita, atque referta sunt
"bona." An desideras in litteris suavitatem, ele:
gantiam, morum disciplinam, descriptionem, tempe:
rationem affectuum humanorum ad regulam pieta:
tis? Iure merito ad Paulinum Hieronymus epist.
apud Manutium 103. "David Simonides noster,
"Pindarus, et Alcęus: Flaccus quoque, Catullus,
"atque Serenus, Christum lyra personat: et in
"decachordo Psalterio ab inferis excitat resurgen:
"tem." Doctor maximus contulit David unum cum
poetis tam multis pręclari nominis, ut intelligas
omnium lepores, et flores, quantum ad eloquentiam
pertinat, ita uni inesse, ut ille unus alios omnes
longo intervallo post se relinquat.

De Vulgata translatione.

2. Verum latent nos thesauri tanti divinę elo:
quentię, si sola, quę usu tenimus, legamus Lati:
na Vulgatę editionis exemplaria. Cum enim sint
illa sive ex Luciani, ut quidam, sive ut alii com:
muniter etiam recentiores affirmant, quos ipse sequor,

ex interpretatione Septuaginta deducta; cumque Græcum
illud opus sit ipsum translatio, et non primigenia
soboles auctoris: necesse est, ut Psalmi per hunc
modum per manus interpretum descendentes eo evase:
rint obscuriores, quo per alteros ex alteris ad nos per:
venerunt. Sic enim si rarum aliquod, exiguumque
velum expandis ante solem, non continuo fugas
penitus iubar diurnum: sed si rarissima operculum al:
terum post alterum opponas, confestim ab oculis
et solem, et diem penitus abstinebis. Ita scriptorum
translationes nitidissimæ sint licet, atque clarissimæ,
tamen quò longius a suis fontibus elongantur,
necesse est una post alteram contra ingenium scri:
ptoris principis novas tenebras offundat.

difficultatis Psalmorum ex ipso genere operis.

3\. At tria sunt, quæ ad acquirendam Psalmorum intel:
ligentiam inferunt, atque augent difficultatem. Una
enim difficultatis causa oboritur ab ipso genere operis,
altera est a Græcis interpretibus, tertia a Latino. Psalmi
enim genere suo carmina sunt lyrici operis: quæ sci:
licet insistunt certo fere argumento, cujus occasione
conscripta sunt, sed speciem rei factæ, quam supponunt,
non describunt. Intelligunt, quæ vis sit scriptorum
hujusmodi, qui præsentes sunt ætate, loco, persona:
qui ipsis oculis edocti scribendi causas, applicant rebus,
quas usu callent, vim pariter, rationem, sententiamque
poematum. Verum et intervallo longissimi temporis
nostra ætas ab ætate distat, qua Psalmi scripti sunt;
et perpauci sunt illi Psalmi, in quorum titulis designa:
tur causa historica, propter quam autumemus scriptos
fuisse; et illa ipsa causa, quæ fuisse traditur scribendi
Psalmos, prout apponitur in Titulis, non semper proba:
tur idonea, convenienterque assignata; quia non con:
sentit cum materia Psalmi cui apponitur, ut inferius de:

Vide Calmetum Dissertat. de titulis Psalmorum.

clarabitur. Fit igitur ut propter ipsum genus operis non
possint Psalmi non esse obscurissimi.

difficultas versionis Septuaginta

4\. Alteram difficultatem ad Psalmorum intelligentiam facit
stilus Septuaginta Interpretum. Audi S. Hieronymum ep.
139. ad Cyprianum: In cunctis pene locis hanc habent
Septuaginta consuetudinem, ut quod apud Hebræos in
futurum ponitur, hoc illi quasi jam factum, et præter:
itum referant. Non est dubium, quin temporum in
oratione variatio aliorum pro aliis faciat magnas
tenebras, et sermonem apprime obscuret. Mitigan:
dus tamen in Septuaginta Interpretes viros doctos
et suarum litterarum egregie consultos tantæ rigor

censuræ. Si enim absolute hoc fecerint, necesse est, universas Hebraicas Scripturas vitiaverint, quia interpretati fuerint. Sunt enim in Græco sermone tempora quædam verborum, quæ aorista vocant, hoc est indeterminata. Hæc frequentius usurpantur cum significatione præteriti. Eadem tamen, quia tempus non determinant, invenies etiam pro præsentibus, et pro futuris usurpari. Hæc Septuaginta adhibent sæpissime pro Hebraicis futuris. Eadem rursus Vulgatus Latinus cum vertit, designat præterita. Non est ergo, quod proprie ac merito dicas, quod Septuaginta Interpretes præterita pro futuris usurpaverint. Sed verborum non definientes tempora fecerunt nobis Latinis admodum ambiguam orationem; ut segniter admodum expiscari possimus, quænam sit in textu germana sententia litteralis, cum minime cognoscamus, sub quonam tempore sit oratio suscipienda. difficilius vertimus Latine.

5. Tertiam difficultatem intulit necessario Interpres Latinus. Hic enim non de fonte Hebraico, sed de translatione Septuaginta suam versionem ad nos derivavit. ~~Itaque~~ Quod ergo ægre intellexit, quonam modo satis dilucide interpretaretur? Sunt autem et in Græco idiomate, et in Hebraico innumera vocabula variæ ambiguæque significationis. Innumera in Græcis aliter, atque aliter possunt explicari propter adjunctas præpositiones, quarum in modum incredibilem anceps et varia notatio est; propter etiam ancipitem analogiam, et propter varias origines, ac themata, unde vocabula emanant. Oportebat, idoneus Interpres in hisce ambactibus eligeret semitam; oportebat intelligeret in subjecta oratione, quam rationem ex multis unam singula vocabula peculiariter valerent. At quomodo id sufficienter præstaret, qui argumentum Psalmi litterale non continuo haberet exploratum? qui non posset investigare occasionem historicam, quæ argumentum fecisset, cur Psalmus scriberetur? Atqui licet intelligere ipsos non raro latuisse Septuaginta Interpretes de germano, ac proprio Psalmorum nonnullorum argumento. Id enim cum eliciter exemplo multarum interpretationum, quæ in cursu operis poterunt observari cum nostris comparatæ; tum ex minus idoneis titulis, et cum Psalmi materia minime congruentibus, cui apponuntur; sive Septuaginta ipsi fecerunt titulos Psalmorum Hebraicos (non fecerunt autem) sive solummodo sunt auctores earum additionum, quæ Græce leguntur in titulis præter ea quæ habentur in Hebraicis, sive, quod prius, quod idem verius est, nihil ipsi addiderunt, neque apposuerunt Psalmorum titulis. Talis qui solos sequitur cæcus a cæcis rogat se doceri de via. Ergo Latinus Interpres solos Septuaginta secutus non habuit satis, ut posset intelligenter nos Latinos docere de Psalmis. Porro

in versione Septuaginta ipse interpretandi modus argumento est, Græcos illos Psalmographos hic illic dubitavisse de subiecto. Id enim elicitur ex eodem genere constructionum quod pro determinato sequuti sunt: quod plane vitassent, vel certe magna ex parte fugissent exceptis locis illis, ubi nitor, et elegantia sermonis postulasset, nisi dubitavissent, quæ verbi nota magis definita orationem connotaret. Præter hæc in ipsa vi singillatim vocabulorum id perplexitatis perpessi sunt identidem, quod sermo Hebraicus natura sua ingerit omnibus. Docet enim S. Hieronymus l. 1. contra Rufinum: Nisi prolixum esset, jam ostenderem quanta silva sit apud Hebræos ambiguorum nominum, atque verborum. Quæ res diversæ interpretationi materiam præbuit, dum unusquisque inter dubia, quod sibi convenientius videtur, hoc transfert. Vides, quid efficere potuerit Latinus interpres, cum in elucubrando Psalterio Latinis hominibus non alia ope diluendo ore uteretur, quam textu Septuaginta Interpretum. His ergo de causis Psalterium Latinum evasit obscurissimum.

De instituto nostri operis.

6\. Hanc difficultatem relevare de libro eximio conati sunt omnes et vetustiores viri, et recentiores qui, et quotquot quæ vel ediderunt novas translationes, vel commentarios varii exempli, ac modi in Psalmos elaboraverunt. Liceat ergo etiam mihi nisi assequi eorum virtutem, saltem diligentiam, studiumque imitari. In quo existimo, me operæ facturum pretium, si primum omnium methodum, et viam patefaciam, qua in hoc meo studio mihi incedendum propono. Inverto enim totum veterem Psalterii ordinem, et Psalmos cunctos ad novam continuationem, seriemque revoco, ac reduco.

Divisio nova Psalterii

7\. Psalterium in ~~duas~~ tres divido partes. Prima complectitur illos, qui ad Davidem Regem pertinent. ~~Præmitto illum omnibus, etiamsi non Davidicum, qui etiam in Vulgata editione~~ Novum mirabaris, legitur primus: est enim quasi præfatio quædam libri totius, nam videtur quasi facem quamdam præferre Psalterio toti, et ostendere quis libri totius finis sit: scilicet doctrina justi juxta legem divinam sub conditionibus vel summorum præmiorum, vel æternæ calamitatis, prout quisque vel in lege Domini fuerit versatus, vel illam neglexerit. Cæteri omnes enim hujus partis probantur habere Davidem auctorem, si unum illum excipias qui vulgo est nonagesimus: quia non a Davide, sed ad Davidem

Novum mirabaris, quod alterum asseram Davidem, tibi ignorandum multorum scriptorem Psalmorum. Huius psalmi secundam imbuunt partem numero duo de quinquaginta, cum Psalmi regis octo supra sexaginta a me recenseantur. ~~Inter in utraque harum singulis hisce duabus partibus duorum pars Urbis~~ quæ tamen ~~in~~ hisce duabus primis voluminibus ordinem unus inditur Psalmus alieni scriptoris; propterea quod in prima parte qui vulgo 90, mihi autem 47. etsi non S. Regis Davidis lucubratio est, ad illum tamen et propter illum compositus fuit; similiter in secunda parte vulgo 126. inter cantica graduum inscribitur Salomoni habet reciprocum sequentem, quo David illo afferendo Salomoni illi quicunque fuit, respondet. Fuit hic David Levita genere de filiis Core qui ~~cecinit~~ cepit florere Vitreis cum deportaretur in Assyrios, et ~~tandem~~ superstes erat usque ad reditum de captivitate. Quam id vere asseratur apparebit identidem ex iis quæ præmittentur de istius historia in præfationibus singulis primum Psalmorum

scriptus est, ut explanabitur suo loco. Secunda pars illos complectitur, quorum varii habentur, vel putantur auctores: at de his in peculiari præfatione secundi voluminis. Davidicos distribuo, pedetentim, et colloco eo gradu, quem videtur tempus exposcere, quo autumo, scriptos fuisse. Sunt nonnulli, quorum scriptionis tempus latet magis. Illi ubicunque occurrerint reddetur ratio loci in singulis, quo fuerint amandati. Nam quo etiam tempore arbitrandum conjiciam, debere scriptos videri, ejus rei ratio assignabitur in præfationibus peculiaribus singulorum.

Reliqui Psalmi legentur in tertia parte, sunt variorum auctorum.

De numero Psalmorum Davidicorum.

5\. Davidi in titulis editionis Vulgatæ Latinæ Psalmi attribuuntur octoginta quinque. Tres item per eidem vindicandi, licet non adscripto ejus nomine: scilicet secundus, nonagesimus primus, et alter de centesimo indicio argumenti. At de numero illorum, qui Davidem præscribunt, tres esse Davidi [illegible] rendo [illegible] ratio probat præter vim materiæ subjectæ illis, quia alios etiam præscribunt auctores inferioris [illegible]. Ii sunt 64. 70. 136. Nam sexagesimus quartus et Davidi, et Jeremiæ, et Ezechieli datur, septuagesimus Davidi, itemque filiis Jonadab, et prioribus captivis; centesimus trigesimus sextus Davidi, et Jeremiæ. Porro Davidis non probabitur [illegible] 13. 14. quia indicatur auctorem in captivitate degentem, quæ res tanto post Davidem contigit tempore. Propter eandem rationem adimo eidem etiam 22. 23. 24. 25. Psalmum trigesimum octavum Davidi adjudico, etiamsi cum Davide præscribitur Idithum. Non placet Davidi vertere 42. De uno post sexagesimum idem dico quod de 38. Psalmus 66. cum sequentibus ad 70 non videtur Regis auctoris. Existimaverim octogesimum quintum potius quam Davidis, esse illius auctoris, cujus præcedens est propter conjunctionem, et affinitatem sententiarum. Abnuo esse Davidis 102. et 103. et arbitror eidem pauperi assignandos, qui vindicat sibi primum supra centesimum. Non pertinent ad Davidem in canticis graduum 130. Idem dicimus de reliquis post hos ad libri finem a ps. 137. ad 144. Utcumque aliqua etiam in titulis pertinens ad Davidem ingeratur historia. Titulorum auctores ignorantur; de horum auctorum gravitate dicatur inferius. Itaque reliquum est ut existimemus, Davidem scripsisse, vel [illegible] Psalmorum numerum non ampliorem quam [illegible] supra sexaginta

Alii horum habent Regem auctorem, alii Ecritam, ad utrumque autem nonnulli etiam præterea pertinent, qui nomen auctoris in titulis non præferebant. Ubi attribuantur, satis ratio reddetur in præfationibus singulorum.

Alterius de Psalmus 104. 105. 106. quorum primo citantur totam illam partem, quæ tributos [illegible] Paral. cap. 16. primo quindam versiculi [illegible] quorum quæ subsequuntur additamenta sunt alterius auctoris; idcirco etiam abjeciamus in Psalmos variorum.

[illegible] ante [illegible] duos ultimos septuaginta tres [illegible] comparatos [illegible] methodo; nam prima [illegible] de vulgari ad novam [illegible] altera, de nova nostra refert ad methodum [illegible]

Circa dei Salmi 14. 15. 16. è di fede che il secondo di questi sia di David, e ne persi. testimonj degli atti appostolici act. cap. 2. v. 31. et cap. 13. v. 35. Sembrano [illegible] nella introduzione [illegible] per certo niente hanno che opporre [illegible] queste persone.

Præfatio.

Hos sub duplici serie recensebo: nam et sub metho:
do vulgata, et sub nova. Utramque itaque habe
ste invicem comparatas

Comparatio methodi vulgatæ invicem, et novæ
Psalmorum Davidis Regis

9. Præmittitur primus Psalmus in totius Psalterii
præfationem, et quasi proœmium

2. est Dav. — 10	20 — 33	39 — 50	63 — 47
3 — 13	21 — 29	40 — 54	71 — 61
4. — 14	25 — 2	50 — 28	90 — 40
5. — 15	27 — 3	51 — 43	91 — 58
6. — 25	28 — 16	52 — 44	92 — 19
7 — 41	29 — 31	53 — 51	93 — 55
8 — 1	30 — 4	54 — 37	94 — 18
9 — 27	31 — 30	55 — 45	95 — 20
10 Hebr. 26	32 — 32	56 — 52	96 — 21
10 — 34	33 — 8	57 — 46	97 — 22
11 — 42	34 — 5	58 — 49	98 — 23
12 — 48	35 — 6	59 — 53	99 — 24
13 — 11	36 — 7	60 — 56	100 — 59 · 104 105 103
15 — 12	37 — 35	61 — 57	107 — 60
19 — 17	38 — 36	62 — 38	108 — 39
			109 — 9

Comparatio methodi novæ invicem
et vulgatæ
Psalmorum Davidis Regis

Psalmus libri totius primus, et proœmium

1. David — 8	16 — 28	31 — 29	46 — 57
2 — 26	17 — 19	32 — 32	47 — 63
3 — 27	18 — 94	33 — 20	48 — 12
4 — 30	19 — 92	34 — 10	49 — 58
5 — 34	20 — 95	35 — 37	50 — 39
6 — 35	21 — 96	36 — 38	51 — 50
7 — 36	22 — 97	37 — 54	52 — 56
8 — 33	23 — 98	38 — 62	53 — 59
9 — 109	24 — 99	39 — 108	54 — 1
10 — 2	25 — 6	40 — 90	55 — 93
11 — 17	26 — 10. Hebr.	41 — 7	56 — 60
12 — 18	27 — 9	42 — 11	57 — 61
13 — 3	28 — 50	43 — 51	58 — 91
14 — 4	29 — 21	44 — 52	59 — 100
15 — 5	30 — 31	45 — 55	60 — 107
			61 — 71.

Psalmi reliqui probantur varios habere auctores
Horum seriem texemus in præfatione altera
[illegible]
[illegible] nostræ methodi rationem.
Rem enim expediam quam fieri poterit brevissime

Præfatio.

10. At methodi, quam in Davidicis ordinavi, ratio omnis
pati debet juxta chronologiam sacræ historiæ. Itaque
Primus Davidicus juxta præscriptum a me distinctionem
est vulgo octavus. Tum primum cantatus est, cum Da:
vid percussisset Goliath Gethæum 1. Reg. cap. 17.
2.us habetur vulgo 26. Videtur id habere argumenti cum
Da[illegible] venit ad Ahimelech sacerdotem in Nobe, et expavit
Doeg Idumæum. 1. Reg. cap. 21.
3.us est vulgo 27. Pro se fert fugientem a facie Saul. 1. Reg.
[illegible] 22.
4.um qui vulgo 30. videtur S. David cecinisse cum varie a
Saule exagitatus, illius inconstantiam quereretur.
5.us scriptus fuit (qui jam 34) cum Saul post reconciliatio:
nem datam Davidi in spelunca Engaddi 1. Reg. cap.
24. iterum eum quæreret in deserto Ziph. Ib. cap. 26.
6. vulgo 35. est in idem argumentum.
7. jam 36. Circa idem temporis David hortatur sese
patientiam de Saule.
8. Jam 38. agit gratias Domino jam liberatus de peric[illegible]
Saulis. Hunc igitur cecinit cum jam luxisset Saulem
et Jonathamis filium ejus 2. Reg. cap. 1. — 8.
9. jam 109. scriptus videtur, cum David pararet ca:
pere arcem Sion 2. Reg. cap. 5. v. 6.
10. jam 2. refertur ad idem sacræ historiæ caput v. 7. eo
argumento: Cepit autem David arcem Sion: hæc est
civitas David.
11.° qui vulgo 17. vv. 10. ad 15. describitur sonitus
gradientis in cacumine pyrorum legendus 2. Reg.
cap. 5. vv. 23. 24.
12. jam 18. est in gratiarum actionem pro illa victoria. — 8
Perplures subsequuntur, quorum historia legenda est
2. Reg. cap. 6. Nam Psalmus
13. jam tertius est cum reduceret Arcam Dei a domo Abinadab
14. jam 8. est in eam rem.
15. jam 3. est in illud vv. 9. 10. Et extimuit David
Dominum in die illa: et noluit divertere ad se Arcam
Domini in civitatem David: sed divertit eam in domum
Obededom Gethæi.
16. jam 24. est reducentis Arcam in Sion.
17. jam 19. cantatus primo est, cum collocasset Arcam
Dei in Sion.
Cujus occasione solemnitatis alii ~~quidam~~ certi quidam
habentur cantici. Nam Psalmus
18. jam 94. videtur inchoatio quædam ejus solemnitatis.
At illa solemnitas optime producta est. Idcirco
Psalmus
19. jam 92 inscribitur in die ante sab[illegible] intelli:
ge in parasceve, sive præparatione [illegible] nitatis.

Prefatio.

20. jam 95 Rex sanctus in tanto sacro comme[illegible] vere [illegible] Domini majestatem.

21. ~~est in eadem solemnitate~~ jam 96. est in eadem [illegible] is.

22. jam [illegible] amplificat laudes [illegible] eam [illegible] expetit.

23. jam 97. provocat confidenter inimicos: quia Domino regnante, nemo amplius viro fideli nocere possit.

24. jam 99. est [illegible] ejus solemnitatis, in [illegible] populi [illegible].

25 vulgo est 6. Scriptus videtur in novo terrore imminentis belli qualem supponere est contigisse ante [illegible] 2. Reg. cap. 8. narrantur. Pertinent eodem Psalmi etiam

26 qui vulgo 10. secundum Hebræos. et

27. qui vulgo 9. Est hic cantatus in publica lætitia cum post celebres victorias laudato cap. 2. l. 2. Reg. descriptas Regnavit [illegible] super omnem Israel [illegible] ibidem [illegible] v. 15.

Subiecto post hos Davidis pœnitentiam tribus Psalmis descriptam. Vide 2. Reg. cap. 12.

28. est vulgo 50. Exorat Dei misericordiam de peccato.

29 jam 21. Petit a Deo gratiam et auxilium in tribulationibus post jam propinquum peccatum.

30. jam 31. Commendat salutares fructus pœnitentiæ.

31. jam 29 itemque [illegible] utrobique [illegible] ejusdem, videntur per id [illegible] compositi, [illegible] peccatum inciperet David iterum [illegible] gratia, et misericordia.

32. jam 20 Scriptus est, cum, ut legimus 1. Paralip. cap. [illegible] Tulit David [illegible] Melchom de capite ejus. et invenit in ea auri pondo talentum, et pretiosissimas gemmas: fecitque sibi inde diadema. Quod factum fuisse in historia Regum recensetur post sermonem de Uria etheo: idest postquam David peccavisset, et pœnitentiam jam fecisset. 2. Reg. cap. 12. v. 30

Post hæc subsequitur Absalom historia. Hæc porro [illegible] Psalmos longe plurimos.

33 [illegible] 30.

35 [illegible]

[illegible] vulgo 56 [illegible]

[illegible] 54.

[illegible] vulgo 62 exhibet Davidem metuentem de Absalom, [illegible] adeo universa [illegible] quod 2. Reg. legimus cap. 15

39. jam 108. est contra Semei. 2. Reg. cap. 16. v. 5

40. jam 90. non Davidis, sed ad Davidem est.

41. jam 7. cum permultis sequentibus est contra consiliarios Absalom, et præcipue contra Achitophel. Huc [illegible] pertineat [illegible]

Huc refer tres continenter in vulgata [illegible] numero 104 105. 106

[illegible] questo volume, e accrescono di [illegible] la stante numerazione

42. vulgo 11.
43. vulgo 21 quidquid in titulo præscribatur fiat.
44. vulgo 52.
45. vulgo 55. quamvis hic etiam alia de causa tituletur.
46. vulgo 57.
47. vulgo 63.
48. vulgo 12.
49. vulgo 54. qui quidem videtur in id argumenti procedi cum Absalom ipsam Jerusalem ingrederetur, David fugiente
50. vulgo 109. expectat victoriam de Absalom. et ipsum propter historiam ad 2. Reg. cap. 18.
51. jam 20. est pariter ad successum belli ejusdem impetrandum.
52. jam 56. ominatur proximam illam victoriam.
53. jam 89. Sanctus Propheta ostendit, ac profitetur, se non frustra in Deum sperasse exemplo priorum victoriarum. et optat servatum iri populum post victoriam de Absalom. Propterea cecinit Joab buccina, et retinuit populum ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini. 2. Reg. cap. 18. v. 16.
54. jam 40. Agit gratias victor de Absalom. 2. Reg. cap. 19.
55. jam 90. Plaudit sibi de informatis consiliis Achitophel.
56. jam 60. Gratulatur finem factum bellorum. Nihil enim in genere post Absalonem debellatum a David gestum legimus in sacra historia.
57. jam 51. commemorat varia infidelium, et fallacium amicorum, quos in præcedenti bello sortitus fuerat: et proponit, se deinceps fore subiectum Deo suo, quo quid talis periculi sibi amplius non contingat.
58. jam 91. ominatur sibi felicem, et tranquillam senectutem jam defuncto præteritis bellis.
59. jam 100. David de suis moribus, et consuetudinibus.
60. jam 107. Gratias agit Domino de victoriis, quas olim reportaverat.
61. jam 71. est in inauguratione Salomonis in Regem: ultimus Psalmorum David. 3. Reg. cap. 1.

Quæ notanda Psalmi singuli insequantur explicandi

11. Porro ad Psalmorum singulorum explanationem quinque res præcipue a me præstabuntur. Prima est peculiaris in singulorum præfatio. Conferatur in hac Psalmi vis, atque argumentum cum certo loco sacræ historiæ, cujus occasione videbitur scriptus fuisse. Ut enim jam supra declaravi, in lyricis carminibus vix esse intelligendi ratio ulla potest, nisi historia innotuerit, quæ fecit causam, cur lucubrarentur. Utar enim verbis Lactantii divin. institutionum l. 4. cap. 5. Siquis collectis, perspectisque temporibus (Prophetarum), fundamentum doctrinæ salubriter jecerit, et veritatem penitus comprehendet, et errorem cognita veritate deponet

Præfatio

12. Post præfationem ~~[illegible]~~ [vero] interpretationem Vulgatam. Quantumvis enim obscura illa sit, tamen obtinet apud nos in Ecclesia et primam, et supremam auctoritatem. Enimvero de illa Sacrosancta Synodus Tridentina statuit, et declarat (sess. 4. in decr. de usu sacr. litt.) ut hæc ipsa vetus, et vulgata editio [quæ] longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, et expositionibus pro [au]thentica habeatur: et ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præsumat. Post hanc subjungo duas novas interpretationes Latinas. alteram ex Græca translatione Septuaginta, alteram ex Hebraica, ut loquuntur, veritate.

13. Ultimo loco accedit Psalmi sensus spiritalis. Hic non explano rationes multas, quibus littera Psalmi ad spiritalem sententiam possit referri; sed fere de uno, et solo Christi sacramento Psalmos singulos interpretor: quippe intelligentia Scripturarum veterum primaria, et præcipua de Christo est. Etenim ut monet S. Gregorius hom. in Evang. 25. Testamentum vetus hoc faciendum denunciat, quod Testamentum novum de Domino factum clamat: quasi utraque Cherubim se invicem aspiciunt dum vultus in propitiatorium vertunt. Id præcipue in Psalmis attendendum, ubi David, et alii Prophetæ ita sentiunt, loquuntur, atque agunt, ut juxta dictum S. Augustini l. 4. contra Faustum cap. 12. Illorum hominum non tantum lingua, [sed] et vita prophetia fuerit.

De scopo novarum Interpretationum

14. At novas Interpretationes Psalmorum, ac translationes tum de veteri Septuaginta Interpretum, tum de autographo Hebraico molitus, absit, ut ea mente id faciam, quod illos majorum labores in hanc rationem vel posthabendos judicem, vel reprehendam, Vulgatam præsertim editionem usu tanto sæculorum, ac decreto Ecclesiæ consecratam. Sed quia Græca, et Hebraica non omnes legunt, Latina vero ab illis derivata, plus æquo, ut vidimus, obscura sunt censui laborem ~~[illegible]~~ impendere, ut liber nobilissimus totius scripturæ veteris Testamenti per me etiam, licet infimum, ac miserrimum in hisce studiis, aliquid majoris perspicuitatis acquireret. Itaque pius Lector habeat semper præ oculis Vulgatam editionem: ubi latuerit intellectio, experiatur, an

Præfatio.

per operam nostram valeat obtinere. At, inquies, lectio Vulgata ex Græca Septuaginta Interpretum derivata est. quid necesse est moliri novam ex illa? At non deest interpretatio D. Hieronymi ex Hebraica veritate, non aliorum aliæ permultæ. Adsunt: sed liceat vel addere aliquid, vel repetere ex illis argumentis, quibus iam supra hasce criminationes refellebam præoccupabam.

Utilitas novandæ interpretationis.

15. Nam veteres Interpretes adhibuerunt Psalmis translatis nes pure grammaticas. Fit ideirco autem sic transferendo, seu Græca transferas, seu Hebraica, ut offendas continuo in vocabula longe variæ, ac multiplicis significationis. Transfer enim ex regulis pure grammaticis. Non poteris habere sufficientem delectum in designanda significatione verborum. Non est hui operis inspicere vim sententiæ, quæ conflatur ex omnibus, sub verbis latentem, sed satis est, si verba singula vertas juxta quod valere in lexicis reperiuntur, servatis legibus syntaxis, seu concordantiæ et constructionis verborum. Qui non excedit hanc diligentiam morem in interpretando, artem habet obscurandi magis, quam interpretandi sermonem: tamen ipse etiam tueri suum studium potest, quia sine his primis, ac rudibus institutis ad illam intelligentiam pervenire non licet, quæ solis illis concessa est, qui valent ex amplioribus facultatibus rimari mentem scriptorum. Quæram v. g. quid ex Græco valeat vox dæmonium? (atris pueris cum audiunt, horreat communiter nostri generis teterrimum hostem. Tamen aliquando artificem significat, alicubi pro artificio, et egregia specie operis elaboratissimi, aliquando per metalepsin pro idolo usurpatur, quia artis opus est. Vides in interpretando diversitatem. Necesse est igitur, quicumque viri doctissimi, ac consultissimi hactenus in hoc stadio laboraverunt, non totum perfecerint, si solam operam grammaticam in Psalmis explanandis præstiterunt: quippe his finibus inclusi ambiguitatem vocabulorum non potuerunt neque cognoscere, neque superare. Ego duas curas propterea adjunxi, alteram historicam, alteram rhetoricam. Per primam contendo ut conferam Psalmos singulos cum ~~Davidicis~~ quibusdam gestis in libris Regum, vel Paralipomenon descriptis; atque intuear, quænam sit species facti in illis, quæ cum argumento Psalmi concurrat. Hæc diligentia vel etiam sola facit, ut de subjecta Psalmi sententia vix ulla remanere amplius possit obscuritas. Rhetoricæ autem animadversiones id moliuntur, ut sit delectus in vocabulorum acceptionibus, et in figuris, amplificationibusque [illegible] retineatur. Itaque per hanc diligentiam quæ vocabula varie possunt accipi, ita explicantur in locis singulis, prout et subjecta historia postulat, et exigit tota constructio [illegible] poematis, ~~[illegible]~~ nihil admodum dependet de vi, et ~~[illegible]~~ charactere dictionis ~~[illegible]~~ Intelligis per solum hunc modum nostræ diligentiæ

Prefazio.

ad [illegible] [illegible], ac planissimam [illegible]
† [illegible] posse pervenire. Reperies nostras interpretationes, in multis a veteribus longissime diversas: veteres volo teneas, nostras pato ne rejicias. Quid enim aliud [illegible] prestat in lucu[bra]tionibus commentariis, quam ut ob oculos tibi subiiciat innumeras singularum fere vocum translationes, ut ex tam multis illam seligas, quae tibi magis arrideat, si tamen noveris de tam [illegible], quam potius eligas? Lauda veteres, ego tibi unam deligo de multis, nostra ne respice. Nam ut monet S. Augustinus lib. Confess. cap. 31. "Ita cum alius dixerit: Hoc sensit (auctor) "quod ego; et alius: Imo illud, quod ego, religiosius me "arbitror dicere: Cur non utrumque potius, si utrumque "verum est? Et si quid tertium, et si quid quartum, et "si quid omnino aliud verum quispiam in his verbis videat, "cur non illa omnia vidisse (auctor) credatur, per quem "Deus unus sacras litteras vera, et diversa visuris "multorum sensibus temperavit?" Graeca varie significant, Hebraica multo magis; cum multi multas afferant, quid est, quod verum pariter sectantes solus ego interpretationem prohibeam eligere.

De diversitate [illegible] translationum ab [illegible]

[illegible] que quel testo di S. Gregorio, che [illegible] Grandespigo

De nova translatione ex Septuaginta
16 [illegible] necesse est, unum moneam, quod in vertendis Septuaginta [illegible] curavi. [illegible] ut pure, et [illegible] sunt grammatici, ita etiam ambigui in interpretando. Proinde ut dicebam superius, germanum sensum in Psalmis latentem non semper assequuntur. Tamen quia per anfractus incedunt, et ambigua frequentant, simul evenit, ut et ipsi a mente auctoris non multum forte elongentur, et utique permultum a mente auctoris legentem avertant. Sane Latini Interpretes, qui legeant Septuaginta, aegrius percipiunt [illegible] sit sententia auctoris in Psalmo; quoniam [illegible] perplexitas detinuit ipsos magistros, ut explicarent, quid pressius sequerentur. Conor ego persentire in illorum ambiguis, quid opinarentur; tamen non [illegible] potius attendo, quam illud etiam quod sectari [illegible] [illegible] hoc etiam in illorum dictione implicatur [illegible] ratio vocabulorum patitur, quae [illegible] persenserunt, ita explico, ut [illegible] exprimam [illegible] postulat [illegible] illis contexta, quam quod illi trepide persentirent. Ita profiteor me Psalmos explicare prout a Septuaginta sunt translati, non Septuaginta ipsos Psalmorum translatores

Praefatio.

De nova translatione Hebraica.

17. Non ita, ubi transfero Hebraicum. Quid enim in textu autographo, nisi et unice, et continuo mentem scriptoris inspicias? Nam ut S. Augustinus l. 12. Confess. cap. 18. Omnes qui legimus, nitimur hoc indagare, atque comprehendere, quod ille voluit, quem legimus, atque veridicum credimus. His ego rationum adminiculis defenderim meum studium apud doctos, et bonos, et simul erga veteres Interpretes divinorum librorum probaverim meam observantiam, atque reverentiam.

De Titulis Psalmorum.

18. Restat de adjunctis et primo de titulis Psalmorum disputandum. Alii enim Psalmorum nullo titulo inscribuntur, alii nihil habent amplius, quam viri nomen, cui veluti auctori Psalmus tributus videatur; alii amplioribus notis ornantur. Varietatis hujus dispositionem, quamvis latebrosam, non tamen inanem Dominus inspiravit, inquit S. Augustinus l. 17. de civit. Dei cap. 14. Pie ille, pureque; sed non apparet titulos illos prefixos Psalmis fuisse vel ab eorum auctoribus, vel ab aliis Prophetis quibuslibet divinitus inspiratis. Quam non semel ~~saepe~~ erratur in illis circa ~~nomina auctorum~~ varia quae praefigunt, quam non semel circa res alias, quas congerunt, vel circa historias, quibus applicant Psalmos, et quas citant non est quod nunc ostendam: ~~id enim ostendetur in praefationibus peculiaribus~~ De his necesse est seque Psalmorum singulorum. ~~Hinc est ut [illegible]~~ [illegible]

Vide exempla [illegible] 141 [illegible] 143 [illegible] singulorum [illegible] Vide [illegible] Titulis Psalmorum

Traditio Psalm. non sit sunt per ordinem, sed ut unusquisque inventus est. Id autem Psalmis accidit, eo quod liber ~~quam videtur hic [illegible]~~ dispersus tempore Esdrae, non totus simul liber, sed dispersus

" penes [illegible] captivitate Babylonica postea autem inventus sit et fuerint compositus, ita ut prerunt inventi, non ~~[illegible] vel potius [illegible] tamen [illegible]~~

" utpote vel unus, vel duo vel tres cum ~~[illegible]~~ Psalmi. ~~[illegible] prope in Psalmos [illegible]~~ ~~est ita hac, ne laborare post [illegible]~~

" aure [illegible] ab initio dicti sunt. Et hinc factum est ~~[illegible]~~ ~~Falsum est ut multae inscriptiones~~

" ut multae inscriptiones eorum, qui Psalmos composuerunt falsae sint. ~~loquitur de inscriptionibus hoc est de titulis~~ ~~[illegible]~~

" falsae sint. Inscriptiones hic, quas S. Doctor agnoscit qui praefixi sunt ~~Psalmis, tamen eorum nomina quae~~ ~~[illegible]~~ examinant in praesenti auctores sunt ~~mollioribus~~, ne dicam, indicibus, quippe falsae, sunt Psalmorum tituli, vel [illegible] que ~~in [illegible] semper [illegible]~~ examinant, et ~~[illegible] etiam [illegible]~~ verum ~~potius [illegible]~~ quam intelligunt. pars. Sunto igitur Psalmorum tituli tanti vel veritatis vel tam gravis auctoritatis, quanti, pro valore cum

19. ~~Sed~~ At opponunt mihi ~~[illegible] nomina quae [illegible]~~ per Psalmos singulos fuerint examinati; habeantur latet ~~nomen~~, decretum Concilii Tridentini sess. 4. autem tanquam scholia, et scriptura pure humana, non in ~~decreto~~ de canonicis Scripturis; inquit enim: vero auctoritatis Canonicae, neque tanquam fons S. quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis Prophetarum, vel scriptura divinitus inspirata.

Tituli non sunt partes scripturae divinae

partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt et in veteri Vulgata editione habentur, pro sacris et Canonicis non susceperit, et sciens et prudens contempserit, anathema sit. Ajunt, atqui tituli sunt partes Psalmorum. Nego. Atqui legi consueverunt in Ecclesia Catholica. Audivi nunquam. Atque habentur in editione Vulgata. Respondeo: non ut partes Psalmorum, neque ut verba Prophetarum

Praefatio.

Atqui editio Vulgata est in Ecclesia Catholica authenticae auctoritatis. Bene, inquam, dicunt: editio Vulgata est authenticae auctoritatis. Aliud enim est hoc dicere de editione, aliud de rebus editis. Nam editionis [illegible] debemus habere, quam decet, [illegible] auctoritatis ab Ecclesia editae, quia illi editioni nec licet ~~[illegible]~~ [illegible], nec adimere, nec immutare privata [illegible] ut aliter in illa legamus, quam quod Ecclesia nobis ~~[illegible]~~ proponit legendum. Sed si v. g. diabolus [illegible] ad quispiam loquendum coram [illegible] in tentatione, quia hoc descriptum est apud S. Matthaeum cap. 4. non idcirco velit quispiam ~~[illegible]~~ sequi diaboli doctrinam, aut verbum tamquam authenticae et canonicae auctoritatis. Durum, ~~et~~ vehemens, sed consentaneum attuli exemplum ~~sed~~ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ~~durum exemplum magno impetu~~ [illegible] explicatur decretum Concil. Trident. de Scriptt. [illegible]

2º Itaque decretum sacrosanctae Synodi libentissime deosculor; [illegible] enim, non obest assertioni. Porro ~~[illegible]~~ recipit variis modis responsionem. Illa prima respondendi ratio, quandoquidem praecipit sancta Synodus pro sacris et Canonicis habendos libros divinos *cum omnibus*, inquit, *suis partibus integros*, non cum omnibus suis titulis. Partes intelligo capita et sententias, quibus libri constant, de quorum multis olim dubitatum est. De quibus identidem dubitatum sit, videre licet l. primum controversiarum eminentissimi Bellarmini *de Verbo Dei*. Quid intelligere debeas, *partes librorum* cum dicis, vide [illegible] *diatribam circa Tridentini decretum de vulgata* [illegible] editione. Tituli non sunt partes Psalmorum. Si essent, nunquam in Ecclesia Psalmi sine titulis legerentur, cum tamen [illegible] [illegible] Cardinalis Thomasius [illegible] in *Psalterium juxta duplicem editionem, quam Romanam et Gallicam vocant*, [illegible]
„[illegible] meminerit oportet priscae consuetudinis, qua inter
„Missarum solemnia post lectiones veteris, vel novi
[illegible] ante lectionem vero Evangelii [illegible]
„[illegible] debatur: propterea
„[illegible] ad [illegible] responsorius. Qui
„sane mos per totum occidentem ad sextum usque
„saeculum perduravit: quem et in Romana ~~[illegible]~~
„item Ecclesia fuisse constat ex sermone l. S. Leonis
„Papae. Respondebatur autem Psalmus (ut loquitur
„S. Ambrosius) hoc ritu. Lector stans in ambonis gra-
„du Psalmi titulo praemisso mox Psalmum ipsum prae-
„cinebat [illegible]
„[illegible] respondebat.„ Ex hac summi viri
doctrina licet animadvertere, quamdiu cessaverit in
Ecclesia usus legendi Titulos prae Psalmis. Causam

rei tantæ cupio me doceri. Cum vero de prudentis:
simo Ecclesiæ consilio in relinquenda veteri consuetudi:
ne sit nefas dubitare; sane Ecclesia iudicavit præ:
termittendos, quia minus sufficientes, quippe qui non ubi:
que præmittantur; quia plerumque nec necessarios, nec
multum utiles; quia persæpe difficiles supra quam spes
sit consequendæ intelligentiæ; quia nonnumquam a veritate
sacræ historiæ quam insinuant recedentes. De titulis Psalmorum incertæ opiniones

20. Altera respondendi ratio ~~petitur~~ potest ab Auctore Titulorum, de
quo quæri ~~multos~~ apud multos, ac dubitari comperio,
nec item memini quidpiam ab ullo hactenus definitum.
Vides, qua methodo ex Hebraicis libris habeatur
Psalterium ordinatum. Plane enim Psalmus septua:
gesimus primus fuit omnium Davidis Regis novissimus, ta:
men in serie Vulgata ~~tredecim saltem juxta~~ alii quidam usque ad 109 ~~juxta~~
~~nostram descriptionem~~ recensentur post illum quos ... Actor et inscribitur David Rex, et est
~~non auctor~~ David aut Dav. eadem perfectio et absolutio
est huiusce methodi, quæ etiam descriptionis Titulo:
rum. Auctor illorum non constat; constat de men:
dis. Adde quod Græci interpretes nonnulla in illis
correxerunt, permulta iis addiderunt, dubio utrum
facturi, si eorum auctoritatem agnovissent tamquam
propheticam, et divinam. Sunt quædam notæ in
Græco Psalterio infra Psalmos positæ, quæ ab He:
braicis exorbitant. Nam sæpe sæpius Δόξα
subiungitur, vicies κάθισμα adiecta numeri nota
XX. His ego verbo parem fere dignitatem in Græcis, ac
titulis in Hebraicis, vatus non esse cur admodum
doleas, si hæc omnia ~~sola~~ nescias, neque cur admodum ... [illegible]
glorieris, si sola doceas. De ~~...~~ ... [illegible]

21. Videndum insuper, quo pretio hi Tituli apud veteres habiti ~~fuerint~~. Nam præter apertum ... hac
habiti fuerint. Antiquus ille pater, cuius fertur loco pro: de re sententiam, quæ supra recitata est licet idem
logi fragmentum in Commentario S. Augustini, asserit: cognoscere ~~e~~ multis argumentis ex ... quæ de hisce
Non omnes Psalmi a Davide editi sunt. David ergo solos Titulis antiqui Patres docuerunt
novem Psalmos ore proprio cecinit. Quantis fecit hic au: ...
ctor Titulos Psalmorum, qui cum tam multos nomina:
ta iis videret auctores, tamen non alios nomina David
adscivit. At S. Augustinus, utcumque tantæ vir modestiæ,
ut nihil in horum antiquitate velit reprehendere, atque
ut apparet ex loco superius citato de Civit. Dei l. 17. cap.
14. conetur sibi met persuadere hos ipsos Titulos fuisse
divinitus inspiratos, tamen si firmiter ita censeret, ~~non~~ et citra formidinem, ...
eam sententiam ibidem de auctoribus Psalmorum pro:
poneret, quæ vi ac rationi horum Titulorum penitus
contradicit. Cum enim in hisce Titulis præscripta
virorum nomina non aliam ob causam videantur
prænotari, nisi ut auctores Psalmorum commemoren:
tur; et sane in permultis hoc vere fit; idque argu:

mento præclaro est ad subiecti Psalmi intelligentiam, conjecerit ex Titulo, quem arbitrens fuisse Psalmi auctorem: tamen adversus hanc doctrinam Titulorum ille sic asserit: mihi autem credibilius videntur existimare, qui omnes illos centum quinquaginta Psalmos ejus (h. e. Davidis) [illegible] tribuunt. Et S. Hieronymus ad Sophronium epist. 104. Psalmos [illegible] eorum testamur auctorum qui ponuntur in Titulis, scilicet Asaph, et Idithum etc. [illegible] facilè quam invenerit, qua veritas Titulorum magna ex parte defendi possit, si Psalmos demus illis auctoribus, quos in Titulis prælegimus. [illegible] alia multa adversentur, quæ [illegible] in præfationibus [illegible] hæc [illegible] exemplis [illegible]. Nam Psalmus 64. inscribitur In finem Psalmus David, canticum Jeremiæ, et Ezechielis populo transmigrationis, cum inciperent exire. Ps. 70 inscribitur: Psalmus David, Filiorum Jonadab, et priorum captivorum. Psalmus 136. tribuitur pariter David, et Jeremiæ. Excogita [illegible] et [illegible] propter ætates intermedias vatos prophetas tam longe [illegible] eosdem Psalmos et Davidi, et Jeremiæ et Ezechieli, et priorum captivis. Hæc de Titulis ideo uberius, quia præoccupanda fuerant [illegible], quam facerent identidem Præfationes Psalmis singulis præfixæ, quotiescumque occurrerent ut quid[que] in illis deberemus [illegible] observare. Non [enim] illos expungo; nam non illis deest quandoque sua utilitas, [illegible], et quanta ex illis emergat, est in singulis continuo examinandum. Non enim opus sunt [illegible] Prophetarum. Sunt enim [illegible] scriptoris non gravioris ea præstantia qua stat humana auctoritate, quippe qui vario tempore, ordine, manu varius ipse [atque] alius quispiam [illegible], et Psalterium ad eum modum ederetur, quo in præsens [habemus].

Si omnes Davidis, ergo illi tituli errant, qui dant alios Psalmos, quam David.

Sed quia tituli [sunt] qui taliter etiam atque aliter varia intermiscent, quæ se produnt falsa, cum argumento adversentur qui Psalmo subiicitur, caute admodum animadvertere oportet quid de singulis titulis, et de singulis in versibus [illegible] debeas.

De libro Psalmorum.

22. De libro autem ipso Psalmorum sic S. Hieronymus docet Sophronium [illegible] plusquam semel epist. 134. „Scio quosdam putare Psalterium in quinque libros „esse divisum, ut ubicumque apud Septuaginta Interpretes „scriptum est γένοιτο γένοιτο, idest fiat, fiat, finis libro „rum sit, pro [illegible] in Hebræo legitur Amen, Amen. Nos „autem Hebræorum auctoritatem sequuti, et maxime „Apostolorum, qui semper in novo Testamento Psalmorum librum nominant, unum asserimus Psalmorum „volumen. Nam et Titulus ipse Hebraicus Sepher Tehillim, „quod interpretatur volumen hymnorum, Apostolicam au„ctoritatem sequens, non plures libros, sed unum volu„men ostendit„.

De vocibus in nullis occurrentibus in Psalterio quæ pariunt difficultatem [illegible] dissertationem [illegible] investigat [illegible] harum vocum, quarum una in titulis, et [illegible] rum occurrit frequens, Lamnatzeach altera in mediis fere psalmis Sela. Ego vero illas vero explico, prout radice et vi vocum considerare [illegible] occurrunt. [illegible] bent ad calcem [illegible] Δόξα, vices [illegible] aliquanto pro Sela stat, [illegible] quam Hebraica sit [illegible] in textu [illegible] Calmetus [illegible] liturgiis Græcorum [illegible] in fine Psalm.

De psalmo, et psalterio

R. B. Bellarminus in prefatione Commentarii in l. Psal:
morum: " Venio ad voces Psalmi, et Psalterii. Psalte:
" rium ~~apud nostros lib.~~ apud nostros librum Psal
" morum significat. Sed in Scripturis sanctis Psal
" terium est instrumentum musicum, quod Hebraice
" dicitur ~~mizmor~~ Nebel. Psalmus Hebraice mizmor
" significat cantum sive sonum: deducitur enim a
" verbo zamar, quod et canere, et citharam, si:
" ve Psalterium pulsare significat: eodem prorsus
" modo, quo ψάλλω apud Grecos. De significatio:
" ne Psallendi manibus, videlicet pulsando instru:
" mentum, habemus illud 1. Reg. cap. 16. v. 16.
" Querent hominem scientem psallere cithara: ut
" quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat
" manu sua, et levius feras. Atque hoc idem habe:
" tur [illegible] [cap.] 18. v. 10. et alibi. De significatione psal:
" lendi voce, videlicet canendo, habemus illud in
" Ps. 32. v. 3. Bene psallite ei in vociferatione:
" et apud Apostolum 1. ad Corinth. cap. 14. v. 15.
" Psallam spiritu, psallam et mente: idest psallam
" spiritu [illegible] canendo voce corporali laudes Dei: et
" psallam spiritu cordis desiderando, et amando glori
" am ejusdem Dei. Hoc autem interest S. Hilario,
" et S. Joanne Chrysostomo auctoribus in prologo
" Psalmorum inter Psalmum, et Canticum, et Psal.
" mum Cantici, et Canticum Psalmi: quod Psalmus
" est sonus organi solius sine ulla voce hominis can:
" tantis. Canticum est vox cantantis hominis absque
" organi modulatione. Psalmus Cantici dicitur, cum
" Cantico precinente Psalmi sonus ~~et~~ obsequitur:
" Canticum Psalmi cum sonitu precunte emula
" vox canentis auditur. "

1. [illegible]

1. [illegible]
2. [illegible]
3. [illegible]
4. [illegible]
5. [illegible]
6. [illegible]
7. [illegible]

1. [illegible]

No. .

Libri Psalmorum

Methodus et interpretatio

Psalmus proœmialis.

~~Juxta editionem~~ Vulgatam

1. ~~Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit~~

~~ [illegible] ~~

~~Conjectura est~~ Opinantur nonnulli hujus Psalmi auctorem fuisse Esdram: quippe scriptus videtur ad imitationem earum sententiarum, quas Jeremias antea scripserit cap. 17. vv. 7. 8. Sic enim Jeremias: Benedictus vir, qui confidit in domino: et erit dominus fiducia ejus. Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit cum venerit æstus. Et erit folium ejus viride: et in tempore siccitatis non erit solicitum: nec aliquando desinet facere fructum. Esdras igitur, vel quicunque alius collegit Psalmos in unum post Babylonicam captivitatem hunc Psalmum præmisit de suo suo quasi congruentem in totius libri proœmium.

[illegible] Nihil est [illegible] [illegible] [illegible] semper fuerit, nos [illegible] [illegible] tamen Psalterio universo, quia ut Cal. [illegible] considerat, continet epitomen quandam totius doctrinæ præterea, imo et officiorum omnium institutionemque viri boni, ~~et viri, et~~ boni viri: addo, et optimi Regis.

Edit. Vulgata.

1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum: et in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentiæ non sedit:
2. Sed in lege domini voluntas ejus: et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum; quod fructum suum dabit in tempore suo.
4. Et folium ejus non defluet: et omnia, quæcumque ~~agit~~ faciet, prosperabuntur.
5. Non sic impii, non sic: sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
6. Ideo non resurgent impii in judicio: neque peccatores in concilio justorum.
7. Quoniam novit Dominus viam ~~[illegible]~~ justorum: et iter impiorum peribit

Ex Græca Septuaginta.

In [illegible] præscripti, quæ sequitur et in totum Psalmorum librum, et in Psalmum primum ita est:

~~Psalterium~~ Psalterium.

Psalmus Davidi inscriptus apud Hebræos
David prophetæ, et Regis melos.

1. Beatus vir, qui non graditur in ~~voluntate~~ imperio impiorum: et in itinere erronum non steterit: et super cathedram pestium non sederit.

Psalmus proœmialis
ex Versione Septuaginta }

~~Prima~~ Pars prima.

2. Sed in lege Domini finis (a) ipsius: et in lege ipsius meditabitur die et nocte.
3. Nam erit ut lignum plantatum secus intercursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.
4. Et germen illius non diruetur: et omnia quæcunque fecerit, bene progredientur.
5. Non sic impii, non sic: sed sit quasi lanugo, quam ejicit ventus a prospectu terræ.
6. Ob hoc non superstabunt impii in ~~discrimine~~ (3) judicio: neque errones (4) in ~~voluntate probatorum~~ imperio magistratuum.
7. Quia novit Dominus iter ~~probatorum~~ magistratuum, et iter impiorum abolebitur.

1. Impræscriptus. h. e. non præscriptus, non instigatus ullo [illegible]
2. Finis h. e. studium, conatus, contemplatio, deliberatio, consilium, voluntas
3. Non superstabunt impii in discrimine. Non stabilientur impii in gradu ex [illegible], et in prosperitate ad differentiam illorum, qui probati fuerint.
4. Erronum nomen apte denotat peccatores, quia aberrant a lege dei, quia nulla regula rationis continentur, quia nullam habent agendi constantiam. Illi ergo non obtinebunt, quod voluerint, velut qui boni, ac pii fuerint probati.

Ex Hebraica veritate.

1. Beatitudines viri, qui non perrexerit in instituto impiorum: et in ritu erronum non persistent: et in consessu pestilentium non sederit.
2. Quippe imo in doctrina Domini oblectatio illius: et in doctrina ejus commentetur die, ac nocte.
3. Nam fuerit velut arbor plantata super rivos aquarum: quæ propagines suas dabit in hora sua, ut progressus ejus non defluat, et omne, quod operabitur, prosperetur
4. Non sic impii: quippe imo, veluti quisquilia quam contempserit ~~ventus~~ sibi ventus.
5. Propterea quod non persistent impii in præsulatu aut errones in gradu judicantium.
6. Quia patefaciet Dominus ritum ~~justorum~~ judicum: et ritus impiorum [illegible].

[illegible] spiritalis David [illegible] [illegible] quod in consilio, et in [illegible]
Justitia, doctrina, sapientia juxta varias interpretationes varie in hoc Psalmo laudantur; divina lex generatim regula morum humanorum et officiorum est [illegible] improbantur, sed et [illegible] et [illegible] Psalmum [illegible]
hanc meditatur quicumque cupit se esse felicem, si præcipue locum principem teneat in republica [illegible] Audivi autem ego [illegible]
lex enim, juxta sic dicit Prov. cap. 8 v. 19 Melior est: fructus meus auro, et lapide pretioso: et genimina mea argento electo. [illegible] peccatorum [illegible] cathedram [illegible]

Atque infra ibidem vv. 34. 35. 36. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a domino. Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Psalmus David I.
vulgo VIII.

Psalmus hic est primus ex omnibus, quos ~~extant~~ de cantatis a S. Davide. In Latinis vulgatis inscribitur: In finem pro torcularibus. Intellige in finem, quasi diceret propter successum. Hebraice Lamnatzeah explicare licet, propter victoriam. Torquent interpretes quid sit pro torcularibus. ὑπὲρ τῶν ληνῶν. Hebraice est Haghittith. Zanolinus, quo magistro utor de lexico, huic voci docet duplicem subesse significationem: quarum una appellativa est, et significat torcular; altera propria, et denotat urbem Palestinæ, inquit, a qua David Psalmum inscripsit. Urbis illius mentionem citat ex 1. Samuelis cap. 17. v. 4. ubi sic scriptum est: Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath de Geth. Ex quo innotescit, hunc Psalmum a Davide cantatum fuisse propter victoriam, quam de Goliath Gethæo retulisset.

Confirmant penitus hanc assertionem sententiæ penitus, quibus Psalmus totus constat. Totus est enim ad celebrandum Dei nomen: quippe exhibet Davidem dicentem ad Philisthæum l. c. v. 45. Tu venis ad me cum gladio, et hasta, et clypeo. ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie. V. 13. Elevata est, inquit, magnificentia tua super cælos, sive intelliges per novam illam victoriam Deum glorificatum fuisse ad eum modum in terris, quo victor ipse Deus de diabolo triumphavit in cælis; sive potius hyperbole non minus elegans, quam vera est, qua vult famam de parta victoria et per terræ angulos transire omnes, et ad cælestem usque Dei thronum, cui refert acceptam, pervenire. V. 4. Ex ore, inquit, infantium, et lactentium perfecisti laudem etc. alludens ad illud in laudata Reg. historia cap. 18. vv. 6. 7. Porro cum reverteretur percusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiæ, et in sistris: Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percussit Saul mille, et David

V. ——————

decem millia. Potest hic locus aliter etiam intelligi, quod sub. et David se ipsum dicat infantem, et lactentem qui Psalmum Domino cantaret, et dux præluderet pueris ad cantandum ipse etiam puer, nam minimus natu cecinit hunc Psalmum ante omnes qui subsequuntur. V. 5. Quoniam videbo cælos tuos etc. comparatio quædam verum est atque dicit propter præsens Dei donum acceptæ victoriæ se cum mente sustolli ad eum contemplandum, qui ma: gis quam in terra effulget, lucidior in cælis. V. 7. Homi: nem, inquit, minuisti paulo minus ab Angelis: vel quemadmodum [illegible] Michaeli Archangelo ut deturbaret Ange: lum de cælo (Apocal. cap. 12 vv. 7. 8.) ita, inquit, mihi ut [illegible] veterum [illegible] gigantem, et Hebraicum Elohim non Angelos proprie, sed viros fortes, ac præstantes signi: ficat. Propterea vis sententiæ esse potest: Dedisti nomen mihi non infra nomen quorumque virorum fortium. Cætera pertinent ad commemoranda vetera, et perpetua beneficia generi nostro tibi a Deo liberalissime præstita. Fortasse cum dicit vv. 8. et 9. Omnia subjecisti sub pe: dibus ejus, oves et boves universas, etc. recenset præmia a se reportata propter illam victoriam. Nam conditum, prædictumque fuerat in sacra historia cap. 17. v. 25. Virum qui percusserit eum (Goliath) dita: bit rex magnis divitiis.

Editio vulgata.

1. In finem pro torcularibus
Psalmus David
2. Domine, Dominus noster: quam admirabile est nomen
tuum in universa terra!
3. Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos
4. Ex ore infantium, et lactentium perfecisti laudem
propter inimicos tuos: ut destruas inimicum, et ultorem
5. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum
lunam, et stellas, quæ tu fundasti.
6. Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius homi:
nis, quoniam visitas eum?
7. Minuisti eum paulo minus ab Angelis: gloria, et hono
re coronasti eum: et constituisti eum super opera
manuum tuarum.
8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus: oves, et boves
universas: insuper et pecora campi.
9. Volucres cæli, et pisces maris qui perambulant
semitas maris.
10. Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen
tuum in universa terra!

Psalmi. David.

Ps. 8 vulgo 8 ex Greca Septuag.

Ex Greca Septuaginta.

Propter finem: super torcularibus:

Psalmus Davidi.

1. Domine, Dominus noster: quam mirabile nomen tuum in omni terra!
2. Cum efferatur magnificentia tua superne celorum.
3. Ex ore infantium(1) et lactantium componis laudem causa inimicorum tuorum: destruendo odientem, et exlegem ~~satellitem~~ (2).
4. Ideo aspiciam celos opus digitorum tuorum: lunam, et stellas, que tu disponis
5. Quid est homo, ut recorderis illius? vel filius hominis (3) ut respicias illum?
6. Minuis illum modice pre Angelis: gloria, et honore decoras illum: et constituis illum super opera manuum tuarum.
7. Omnia subordinasti subter pedes illius: oves, et boves universas: etiam autem et possessiones ~~[illegible]~~ fundi.
8. Volatilia celi, et pisces liquentis: transeuntia tritas liquidorum.
9. Domine, Dominus noster: quam mirabile nomen tuum in ~~universa~~ omni terra. Δόξα. κάθισμα. (4.)

---

1. Ex ore infantium, et lactantium. h.e. parvulorum naturum, et imbecillium feminarum, a quibus ipsi infantes primum docentur fan
2. ~~Satellitem~~ ἐκδικητήν, exlegem ~~etiam~~ vertunt quia Goliath et carnifex Philistinus, et de populo degente extra Dei legem.
3. Filius hominis. vulgo questo garzoncello. loquitur de se ipso
4. Δόξα, κάθισμα. Redundant in Greco ab Hebraica veritate. Post καθισμα deinceps apponitur semper nota numerationis. Ita ut omnia καθισματα concluduntur [illegible] cum numero κ. nobis vigesimo. Indicium est, eam vocem interjisse methodo veteri cuipiam, cujus ratio me latet. Vide Calmetum

Pars prima

Ex Hebraica veritate.

1 Propter victoriam super Haghitith (1)
Psalmus David.

2. Domine, here noster, quam eximia celebritas tua
in omni terra (2) quippe amplificat magnificentiam tuam
super cælos.

3. Ex ore parvulorum (3) et lactentium fundas fortitudinem
~~in protectionem tuam~~ contra fortitudinem hostium
tuorum. ad evertendum odientem, et satellitem (4)

4. Ideo contemplabor cælos tuos machinam digitorum
tuorum: lunam, et stellas, quæ ordinavisti.

5. Quid miser, ut recorderis illum? et filius Adam (5) ut
respicias illum?

6. Nam minues illum paulo ab Eloim. et majestate et
dignitate coronabis illum (6)

7. Preficies illum super opera manuum tuarum: omnia
comprendens (7) sub pedibus illius

8. Projicies et duces universos eorum (8): et etiam pecora
campestria:

9. Volatile cælorum, et pisces maris peregre itineribus
aquarum.

10 Domine, here noster, quam eximia celebritas tua in
omni terra!

---

1 Haghitith Zanolinus in Lexico Hebraico Patavii edito
ann. 1732. pag. 85. de quo libro hic auctor infra
semper citabitur, nisi aliud exprimatur. Existimant
occasione ~~Geth~~ Goliæ, qui erat ex Geth, a Davide victi
Psalmum hunc fuisse decantatum. גִּתִּית .

2. Domine, qui dominaris nobis, quanta cum laude efferes
celebritatem nominis tui per omnem terram: quippe
splendor magnificentiæ tuæ amplior est ambitu ipso
cælorum.

3 Pro parvulorum Hebraicum עוֹלְלִים Holalim
verti potest contemptibilium, intellige vulgarium
de populo.

4 Ut evertas odientem et satellitem. h. e. et principem,
inimicum, et militem.

5. Filius Adam. h. e. homo communis generis. Animadver
tere est, cum in Hebraicis dicitur Adam, nec determi
natur homo ille primus, esse perquam notam commu
nis generis.

6. Nam minues illum paulo ab Eloim. h. e. a fortibus,
et magnis viris, qui nominantur. Loquitur sanctus
vates de se ipso, presagiens futurum, quod postmodo

de illo futurum ita Deus contestatur 2. Reg. cap. 7. v. 9.
Fui tecum in omnibus, ubicumque ambulasti, et interfeci
universos inimicos tuos a facie tua. Fecique tibi nomen
grande juxta nomen magnorum, qui sunt in terra.
7. Omnia comprandens h. e. parans in escam, et prandium.
8. Proficiens cum cum bovibus ducibus universe gregum
et armentorum pecora campestria omne genus sub illi:
us ditionem.

Sensus spiritalis.

Tribus modis aliqua propheta de Christo esto Primo per verba
proprie ac naturaliter significantia futurum: quale illud Genes.
cap. 49. v. 10. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de
femore ejus, donec veniat qui mittendus est: et ipse erit
expectatio Gentium. [illegible] enim olim [illegible] expectatio Gentium
[illegible] [illegible] [illegible], atque [illegible], [illegible] non erat, quam
Christus Dominus. Secundo modo per allegoriam [illegible] [illegible] ex
humana quapiam historia descripta in sacris litteris, [illegible] per
similitudinem transfertur ad Christianum sacramentum. In hanc
rationem dicit Apostolus ad Galatas cap. 4. vv. 24. 26. Sunt per
allegoriam dicta duo testamenta unum quidem in monte Sina
in servitutem generans, quae est Agar; illa autem [illegible] [illegible]
Jerusalem, libera est, quae est mater nostra. Tertio per vera
rum hyperbolen, sive energiam, cum videlicet de subjecto
illo, quod litterali subest argumento quidpiam dicitur, quod
excellentius [illegible] et Christi mysterio congruentius. [illegible]
plerumque ab Apostolis, et Evangelistis per [illegible] [illegible]
tutta littera ad Christum traducta. Tale illud apud S. Mat:
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vocavi filium meum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] desumptum est [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
fuerat divinitus adscitus. Sed vide quanto congruentius [illegible]
Dei appellatur Jesus noster, quam ille populus. Hoc [illegible]
modo innumera in Psalmis de Christo prophetantur. Nunc
[illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible], quid intelligam, [illegible]
cumque in sequentibus erit asserere aliquid Christo conve
nire per [illegible] rerum, sive verborum. Quod igitur per:
[illegible] [illegible] spiritalem [illegible] [illegible],

Jesus Christus professus est [illegible] [illegible] [illegible] noster [illegible] [illegible]
Joannis cap. 17. v. 4. suum opus extitisse, ut clarificaret
hominibus nomen Patris sui: Ego te clarificavi super terram.
opus consummavi, quod dedisti mihi. Hinc est, ut cum
Propheta incipiat ab exaggeratione laudis, seu nominis divi:
ni, [illegible] ipso sensu litterali per energiam rerum, atque [illegible]
borum repraesentet, atque exhibeat loquentem ipsum Dominum

nostrum Jesum Christum; id porrò toto deinceps [illegible] Psalmo
facit continenter
Unde v. 4 Ex ore infantium et lactentium etc. ipse Dominus
noster de se ipso praecantatum fuisse interpretatur est
Matth. cap. 20 [21] v. 16
Illa porro v. 6. et infra leguntur sic animadversa et
explicata in [illegible] ad Hebraeos cap. 2. incipiendo
v. 5. Non enim Angelis subiecit [illegible] orbem terrae futurum
de quo loquimur v. 6. Testatus est autem in quodam loco
quis dicens Quid est homo quod memor es ejus? aut
filius hominis, quoniam visitas eum? v. 7 Minuisti eum
paulo minus ab Angelis: gloria, et honore coronasti eum
et constituisti eum super opera manuum tuarum. v. 8
Omnia subiecisti sub pedibus ejus. In eo enim, quod
omnia ei subjecit, nihil dimisit non subiectum ei

Psalmus David LI.
vulgo XXVI.

Hic Psalmus hebraice inscribitur Davidi [illegible] additur:
Psalmus David, priusquam liniretur. [illegible]
quomodo [illegible] intelligas Non enim sermo est de illa uncti
one, qua illum privatim inter fratres suos [illegible]
servat Samuel 1. Reg. cap. 16. verum de illa [illegible]
[illegible] cum [illegible] Juda, et
[illegible] cap. [illegible] in Hebron) David, ut regnaret super
[illegible] ibi in Hebron [illegible] vero hic Psalmus id argumento
[illegible] cum David venit ad Achimelech
[illegible]
in Nobe, [illegible] Doeg Idumaeum [illegible]
legitur 1. Reg. cap. 21. Tribus primis versiculis suam
exhibet fiduciam in Deum: tribus sequentibus confirmat
fidem ex loci circumstantia, quia versabatur in Dei
tabernaculo [illegible]
mino. V. 11. consulit Domin[illegible] V. 14 [illegible] quod
sibi responsum fuerit per sacerdotem ex verbis Domini:
Expecta, inquit, Dominum viriliter age: confortetur cor
[illegible], et sustine Dominum. Testis ille iniquus qui
[illegible] in David est Doeg nimirum, qui 1. Reg.
cap. [illegible] v. 9 post haec Respondens inter servos Saul:
[illegible] Isai in Nobe apud Achimelech
[illegible] mentitur ille autem in
[illegible] sententia non quia falso loqueretur, sed quia
[illegible] verba concinnaret in perniciem sancti Prophetae

Ps. dav. ... vulg. no / Edit. Vulg.

Editio Vulgata.

1. Psalmus David, priusquam liniretur.
Dominus illuminatio mea, et salus mea: quem timebo?
Dominus protector vitę meę: a quo trepidabo?
2. Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt
3. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.
Si exurgat adversum me prœlium, in hoc ego sperabo
4. Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meę.
Ut videam voluptatem Domini: et visitem templum ejus
5. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
6. In petra exaltavit me: et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos
Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: cantabo, et psalmum dicam Domino.
7. Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te: miserere mei, et exaudi me.
8. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam, Domine, requiram
9. Ne avertas faciem tuam a me: ne declines in ira a servo tuo.
Adjutor meus esto: ne derelinquas me: neque despicias me, Deus salutaris meus.
10. Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.
11. Legem pone mihi, Domine, in via tua: et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos
12. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.
13. Credo videre bona Domini in terra viventium
14. Expecta Dominum, viriliter age: confortetur cor tuum, et sustine Dominum

Ex Græca Septuaginta

Psalmus David, antequam liniretur.

1. Dominus illuminatio mea, et salvator meus, quemnam timebo?
2. Dominus protector vitę meę: a quonam metuam?
3. In eo, propinquare (1) super me malignantes, ut edere carnes meas:
4. Illi comprimentes me, et inimici mei, ipsi infirmabuntur, et ceciderunt
5. Si ergo instruatur contra me exercitus, non timebit audacia mea (2).
6. Si superstet super me prœlium, in hac ego spero.
7. Unam petiverim a Domino, hanc contendam: ut cohabitarem ego in habitaculo Domini omnes dies vitę meę.
8. Ut spectem ego jucundationem Domini, et contempler templum sanctum ipsius

Ps. David. vulgo 26.
ex Graec. Septuag. Pars prima

9. Quoniam absconderet me in umbraculo suo in die malorum meorum: obumbraret me in abscondibulo umbraculi sui.
10. In petra exaltaret me: et nunc ecce exaltaret caput meum super inimicos meos.
11. Circumirem, et incenderem in umbraculo illius incensum laudis, et ululationis: canerem, et psallerem Domino.
12. Inaudi, Domine, vocem meam, qua exclamo: miserere mei, et inaudi me.
13. Tibi fatur cor meum (Dominum perquiram) exquivit te intuitus meus (4) obtutum tuum, Domine, perquiram.
14. Ne diverteris intuitum tuum de me: et ne declinaveris in concitatione (5) de puero tuo.
15. Advocatus meus esto: ne ad-corvos dimittas me: et non derelinquas me, o Deus salvator meus.
16. Quia pater meus, et mater mea dereliquerunt me (6) sed Dominus assumpsit me.
17. Dispone me, Domine, in via tua: et dirige me in trita expedita, occasione inimicorum meorum.
18. Ne tradideris me in conspirationes comprimentium me: quia insurrexerunt mihi testes ~~iniqui~~ injuriosi: et comminiscitur ~~improbitas~~ [illegible] sibi.
19. Confido videre deductiones (7) Domini in terra viventium.
20. Permane Dominum, viriliter-age: et roboratur cor tuum, et permane Dominum. Δόξα.

---

1. In eo propinquare. Hellenismus frequens. h. e. dum propinquant.
2. Non timebit audacia mea καρδία [illegible] Non timebit audacia [illegible] quia in genere feminino [illegible] dacia potius quam [illegible] ne subsequitur in hac in sequenti sententia [illegible] et retinendum in eodem relativum ad eandem [illegible] genere ad vitandam amphiboliam, quæ fieret si diceremus. Si insurrexit super me prælium, in hoc ego sperabo. Quid enim illud, in hoc?
3. Incensum laudis, et ululationis. h. e. incensum, sive hos[tias] [illegible] laudes, et vociferationes Psalmorum.
4. [illegible] προθυμος. In laude est cura, et [illegible] est providentia.
5. In concitatione. Subintellige, inimicorum meorum ἐν ὀργῇ dum concitatur Saul, vel alius quilibet inimicus.
6. Pater meus, et mater mea dereliquerunt me. Erat enim David extra curam parentum, eo quo sub Saule merebatur. Vel intellige, illius pericula ejus generis [illegible]

Ps. Dav. a. vulg. 26.
ex ~~Hebr.~~ Septuag

fuisse, cum Saul illum insectaretur, in quibus opem a parentibus sperare non posset, nec illi valerent ei auxiliari

1. [illegible] ἀγαθὰ ab ἄγω. idem quod supra via, directio, trita expedita.

Ex Hebraea veritate.

Davidis.

1. Dominus lux mea, et salus mea(e): de quo timebo? Dominus assertor vitæ meæ: de quo trepidabo?
2. In belligerando contra me sodalitia ob vorandam carnem meam: pressores mei, et insectatores mei mihi turbide impegerint, et corruerint.
3. Ergo castrametatur contra me castrametatio; non timebit cor meum: ergo surgito contra me debellatio, ex hac ego securus.
4. Unam petiverim a Domino; cupide vindicabo: quiever(im) in cella Domini omnes dies vitæ meæ: propter spectandum in pulchritudine Domini, et propter ma(tu)tinandum in templo ejus
5. Quippe servaret me inumbraculo in die periculosa: absconderet me in abscondibulo tabernaculi sui: angustia tolleret me.
6. Etenim opportune exaltabit principatum meum supra inimicum meum: circuiverim, et mactabo ~~in tabern~~
7. ~~Circuiverim, et mactabo~~ in tabernaculo ejus hostiam pascuæ: cantabo, et psallam ad Dominum.
8. Audi, Domine (clamore meo vocantem) et miserere mei, et exaudi me.
9. Ad te ~~sermone~~ rationabiliter ~~cordis~~ ausus mei suspexerunt obtutibus obtutus tuos, Domine, suspiciam
9. Non abscondes obtutus tuos a me: non derelinques ulterius famulum tuum: Adjutorium meum esto non relinquas me, et non destitues me fortis meus, salvator meus.
10. Nam pater meus, et mater mea destituerunt me, ut Dominus colligeret me.
11. Doce me, Domine, viam tuam, et ostende mihi in progressu, quas complexus ad cavendum conspiratorem meam
12. Non trades me in conspirationem prementis me nam surgunt in me vigiles falsitatis, ut loquatur iniquitas (a)
13. Sed certificor ad videndum de bono Domini in terra revalescentium.
14. Confide dei Domini fortitudini, et roborabit cor tuum: et confide Deo domino.

Ps. David a vulgata ab. [illegible] Hebr. veritate.

Pars prima

1 Et salus mea. Salus salvator, salvare salutaris,
ubicunque occurret deinceps, semper ab Hebraico
ישע unde JESUS, nomen Salvatoris nostri. Quod enim latine salutare, hoc Hebraia [illegible] [illegible] hominis [illegible]
2. Surgunt in me vigiles falsitatis, ut loquatur iniqui-
tas, vel indemnitas. Surgunt in me exploratores
mei parati ad mentiendum in perniciem [illegible]
et ad dicendum fas, nefas

Sensus Spiritalis.

Psalmus hic in spiritu litterę de Christo est
Vocat Dominum lumen suum, et salutem suam, vel ita
loquens Filius Dei ad Patrem, vel natura servi assum-
pta ad Deum, qui eam assumpserat.
Inimici Christi sunt illi, ex quibus ipse passus est.
Quiescere petit in Domini regno. Hęc sunt vota illius apud
S. Joannem cap. 16. v. 5. Vado ad eum, qui misit me.
v. 5. Servabit me, inquit, in umbraculo in die periculorum,
vel ut vulgo legitur, in die malorum. Periculum est
tentatio. Juxta hęc legimus ad Hebręos cap. 4. v. 15.
Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmita-
tibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine
absque peccato. Hic etiam in passione utebatur occulto
solatio [illegible] [illegible]; unde inquit Joann. cap. 16
v. 32. Venit hora, ut dispergamini unusquisque in
propria, et me solum relinquatis: et non sum solus,
quia Pater mecum est
angustia crucis, vel de petra Calvarię, ut placet Vulgato
interpreti, exaltatus immolat jugiter hostiam agni
lectissimi, qui ipse est, Deo Patri inter laudes divinę
majestatis pro nobis interpellans [illegible] [illegible]bili-
bus, et misericordiam implorans: dirigens oculos nostros,
qui summ corpus illius in mysterio Ecclesię per fidem,
ut ne derelinquamur ab auxilio opportuno. Non enim
spem habemus in vana nostra conversatione paternę
traditionis carnalium parentum, sed speramus in Domino
Ipse etiam dicebat passionis suę tempore: Pater meus, et
[illegible] [illegible], intelligens, [illegible]
[illegible] adesset, quam in terris vocaverat Judicium, qui
[illegible] sanctissima [illegible]
[illegible]

[illegible] Ps [illegible]
[illegible] spiritales

Doce, inquit, et ostende mihi in progressu quis sit ini- [illegible]
micus [illegible] post resurrectionem [illegible] de cetero non
trepidat inimicum.
Confide, inquit, ad extremum, Dei Domini fortitudini et
[illegible] Dominum, nobis relinquens praeclarum fidei
exemplum, ut sequamur vestigia ejus. Propterea
Petrus 1. [illegible] In hoc vocati estis, quia et
Christus passus est pro vobis, vobis relinquens ex-
emplum, ut sequamini vestigia ejus.

[illegible]

[illegible]

Doeg eumdem Idumaeum videtur etiam in praesenti
Psalmo David intelligere, de quo in superiori [illegible]
batur, cum de illis queritur, qui loquuntur pa[cem]
cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum
v. 3. Hunc enim extimuit, cum venit in Nobe ad
Achimelech 1. Reg. cap. 21. Sed tamen apparet [illegible]
Doeg nihil molestiae perpetrasse in David. Loque-
batur igitur pacem cum proximo suo. Verum cum
rediret ad Saul sequenti cap. 22. v. 9. Vidi, inquit,
filium Isai in Nobe etc. unde illa mala subsequun-
[illegible]
mala sunt, quae utcumque Doeg apud Achimelech
[illegible] loquebatur vir impius in cor-
[illegible] proponens extrudere de corde, cum ad Saul
[illegible]nisset. Vides igitur Psalmi hujus materiam cum
[illegible] proxima conjunctam. Haec itaque
continuationis ratio est.
[illegible] Bellarmin[us] [illegible] probat, hunc Psalmum a David
[illegible] Saulis persequutionem, propter
[illegible] loquitur, inquit, appellat se Regem:
David autem eo tempore nondum Rex erat. Tamen
animadvertimus dicere auctorem v. 9. Protector [illegible]
[illegible]
enim Reges omnes Christi essent, non tamen omnes
[illegible]
ipso Christus, quia illum Samuel jam unxerat 1. Reg.
cap. 16. v. 13. in medio fratrum ejus, etiamsi Regnum

[illegible]

9 [illegible]

[illegible]

[illegible] vedde

[illegible]

[illegible] in te tollere me manus meas

[illegible] ad templum sanctum tuum:

3 [illegible] me cum peccatoribus: et cum [illegible]

[illegible] iniquitatem ne cooboleveris me

7. [illegible] pacem cum propinquo ipsorum: [illegible] cum propinquo [illegible]

menta autem in cordibus ipsorum.

5 [illegible] iuxta opera ipsorum: et [illegible]

[illegible] praeparamentum ipsorum.

[illegible] ipsorum da ipsis: redde

revicissitudinem ipsorum ipsis.

Quia non considerant in opera Domini, et in [illegible]

[illegible] eius: destrues illos, et non aedificabis illos item

[illegible] dictus Dominus: quia inaudivit vocem [illegible]

[illegible] meae.

Psalmi [illegible]

[illegible] Davidis [illegible] 27
Ex [illegible] 29.

9\. Dominus exauditor meus, et protector meus: in
ipso speravit cor meum, et ~~impetraverim~~ exauditus
10\. Et revixerit caro mea: et ex fine meo (1) prædicabo
illum
11\. Dominus constantia populi sui: et protector salu
[illegible] Christi sui est.
12\. Salva populum tuum: et benedic [illegible] nem tuam
et pasce illos, et erige illos usque in sæculum [illegible].

1\. Ex fine meo. h. e. propter successum rei impetratæ,
quam concupiveram

Ex Hebraica veritate.
Davidis.

1 [illegible] clamavi, firmitas mea: ne obsur
descas post me: nec sileas post me: nam assimilor
cum adeuntibus fossam.
2\. Audi vocem miseriæ meæ, dum oro coram te: dum
effero ego manus coram oraculo sancto tuo.
3\. Ne contrahas me cum damnatis, et cum operariis vani
tatis, loquentibus integritatem cum sodali suo, et simul
tatem (1) in corde suo.
4 Da illis juxta opera illorum: et secundum sodalitia
[illegible] illorum [illegible] manuum illorum [illegible]
illis: redde remunerationem illorum illis.
5 Dum non intelligent inter mercedes Domini, et ad factum
manuum illius, destruentis illos, et non ædificaturi illos
6 Benedictus Dominus, cum audiverit vocem miseriæ meæ
7\. Dominus fulcimentum meum, et protector meus: in illo
confidit [illegible], et [illegible]: et [illegible]
cor meum: et in cantico meo celebrabo illum
8\. Dominus fulcimentum populi sui: et arx salvat [illegible]
uncti sui est.
9 Salva plebem tuam: et benedic possessionem tuam:
et pasce illos: et deduc in æternitatem usque olim Usque in tempus [illegible] futurum [illegible]

1 Simultatem nimirum odium ex æmulatione.
[illegible] et non ædificaturi. Hebraice destruentis,
et ædificantis [illegible] tertiæ personæ, futuri tempo
ris et hæc, et similia his in [illegible] recipit [illegible]
[illegible]

[illegible] [illegible] nego [illegible]
[illegible] Spirit[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

In hoc Psalmo exhibetur Christus Dominus incipiens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et pavere in horto Geth[semani] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] quidem [illegible] [illegible] [illegible] contra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] componas cum [illegible] [illegible], et judices cum [illegible] bis, est quasi [illegible] [illegible] in me calicem imminentis passionis: dolens potissimum qui peccatum non fecit, et cujus in ore dolus inventus non est, quod cum iniquis, et latronibus foret in proximo reputandus.

v. 7. [illegible] [illegible] secundum opera eorum, inquit: juxta quod apud S. Lucam cap. 20. v. 15. [illegible] [illegible] impiis Judæis in pœnam ejus facinoris, quod illum ipsum fuerant occisuri ejectum extra vineam suam: Veniet, et perdet colonos [illegible] istos, et dabit vineam aliis.

V. 8. Dum non intelligunt inter mercedem Domini. [illegible] et in Evangelistis sæpissime recantata: et tandem a Domino etiam complorata apud S. Lucam eundem cap. 19. Nam cum appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti videns civitatem flevit super illam dicens: Quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: quia venient dies in te, et ad terram prosternent te, et filios tuos: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.

V. [illegible] Benedicit Patri propter spem suæ resurrectionis, in qua et ipse erat rediturus ad hilaritatem cordis, et Patrem habiturus assertorem, et propugnatorem salutarium operum, quæ ille fecisset in gratiam populi sui.

In ultimo promittit benedictionem novæ Ecclesiæ: et continuationem sub se divino pastore usque in finem seculorum.

Psalmus David XXXI

vulgo XXX.

Hic Psalmus in Latinis inscribitur: In finem: Psalmus David pro extasi. Illud: pro extasi non habetur in titulo Hebraico, nec satis constanter in Græcis omnibus exemplaribus. Nam, ut monet Bellarminus, in quibusdam solum exemplaribus illam se invenisse Theodoretus testatur. S. quoque Hieronymus eam non habet, neque in versione sua ex Hebræo, neque in commentario, ubi exponit versionem Septuaginta Interpretum. Qui vero illam particulam addidit, eam accepit ex versiculo 23. huius Psalmi: Ego autem dixi in excessu mentis meæ. Hucusque eminentissimus Cardinalis. Vis autem huius argumenti egregia est ad Psalmi intelligentiam. Nam pro in finem Hebraicum vertendum propter victoriam, vel propter successum; idcirco autem, quia victoria, et successus de Saule Davidi erat in optatis hunc Psalmum scribenti. Hinc etiam concludit v. 25. Viriliter agite: et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. Eundem sensum recipere potest illud Græcorum: εἰς τὸ τέλος, in finem, hoc est, in voti assequutionem. Quid autem illud: pro extasi? Auctor ipse eius rei causam manifestat v. 23 inquiens: Ego dixi in excessu mentis meæ: projectus sum a facie oculorum tuorum. Nimirum tam perplexis utebatur ille rebus, ut diceret attonitus: projectus sum a facie oculorum tuorum. Tunc vero quin abjiceret spem in Deo suo animum acrius confirmabat, ut declarat in sequentibus: ubi magno animo sibi ominatur victoriam, et finem exitumque de tribulatione. Fuit forte hic Psalmus sæpius a Davide cantatus; sed nihil vetat affirmare tunc id primum factum, et potissimum, cum varie exagitaretur a Saule: quarum rerum historia latissime descripta est usque ad finem libri Regum primi.

Versio Vulgata

1. In finem: Psalmus David: pro extasi.
2. In te Domine, speravi, non confundar in æternum in justitia tua libera me
3. Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias.
4. Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me, et enutries me
5. Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi quoniam tu es protector meus

[illegible] + sutyo [illegible]

[illegible] Vulg. [illegible]) [illegible] animam.

6 In manus [illegible] commendo spiritum meum, red-
emisti me, Domine, Deus veritatis.

7. Odisti observantes vanitates supervacue

8. Ego autem in Domino speravi. Exultabo, et
lætabor in misericordia tua
Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti
de necessitatibus animam meam

9. Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti
in loco spatioso pedes meos.

10. Miserere mei, Domine, quoniam tribulor: contur-
batus est in ira oculus meus: anima mea, et
venter meus.

11. Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei
in gemitibus
Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa
mea conturbata sunt

12. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium
et vicinis meis valde, et timor notis meis

13. Qui videbant me, foras fugerunt a me: oblivioni
datus sum, tamquam mortuus a corde
Factus sum tamquam vas perditum:

14. Quoniam audivi vituperationem multorum com-
morantium in circuitu:
[illegible] convenirent simul adversum me: accipere
animam meam consiliati sunt.

15. Ego autem in te speravi, Domine: dixi.

16. Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meæ
Eripe [illegible] manu inimicorum meorum, et a
persequentibus me

17. Illustra faciem tuam super servum tuum:
salvum me fac in misericordia tua

18. Domine, non confundar, quoniam invocavi te.
Erubescant impii, et deducantur in infernum. Muta
fiant labia dolosa

19. [illegible] loquuntur adversus justum iniquitatem: in
superbia, et abusione

20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine,
quam abscondisti timentibus te!
Perfecisti eis, qui sperant in te: in conspectu filio-
rum hominum.

21. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ a contur-
batione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione
linguarum.

22. Benedictus Dominus, quoniam mirificavit miseri-
cordiam suam mihi in civitate munita.

23. Ego autem dixi in excessu mentis meæ: projectus sum
a facie oculorum tuorum
Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clama-
rem ad te.

24. Diligite Dominum omnes sancti ejus, quoniam
veritatem requiret Dominus: et retribuet
abundanter facientibus superbiam

25. Viriliter agite, et confortetur cor vestrum
omnes, qui speratis in Domino

Ex Græca Septuaginta

In finem. Psalmus David destitutionis

1. Super te, Domine, spero: non depuduerim in sæculum:
in ostensione tui erue me, et extrahe me.
2. Inclina prope me aurem tuam: propera extrahendo me
3. Efficitor mihi in Deum proclypeatorem: et in domum
refugii salvando me
4. Quia contentio mea (1); et refugium meum es tu: et
propter nomen tuum diriges me, et commorabis me.
5. Educes me ex decipulo hoc, quod absconderunt mihi:
quia tu es proclypeator meus.
6. Ad manus tuas apponam spiritum meum: redimes
me, Domine, o Deus evidentiæ (2)
7 Con... nes studentes temeritatibus inanitate (3):
ego vero super Domino spero.
8. Renovabor, et lætificabor super misericordia tua.
9. Quia aspicies super humiliationem meam: salvabis
ex angustiis pavorem meum (4).
10. Etenim non conclusisti me in manibus inimicorum:
statuas in opportuno pedes meos.
11. Miserere mei, Domine, quia premor: turbatur
ob periculum oculus meus, animus meus, et venter
meus.
12. Itaque deficit in dolore vita mea: et anni mei
in gemitibus.
13. Infirmatur in formidine vis mea: et ossa mea qua:
tiuntur.
14. Apud omnes inimicos meos evado asini-specimen:
et terraneis meis valde, et [illegible] notis meis.
15 Qui mirabantur me, proc[illegible] fugiunt a me: vememo:
ratus sum tamquam mortuus a corde
16 Factus sum quasi vas destructum itaque audio con.
temptum multitudinis incolentis circulo.
17. Dum congregantur illi simul contra me: tollere
vitam meam meditantur.
18. Ego autem super te, Domine, spero: inquam, tu es
Deus meus: in manibus tuis sortes meæ (5).
19. Erue me ex manu inimicorum meorum: et ex
persequentibus me
20 Declara providentiam tuam super servum tuum:
salva me in misericordia tua
21 Domine, non depuduerim, quia invocavi te.
22. Pudeant impii: et deducantur in destructione[illegible]
23. Ineloquacia (6) fiant labia dolosa: lo[illegible]
contra probum injuriam in superbia, et contu
melia.
24. Quam multiplicem copiam auxilii tui, Domine (7)
quam abscondis timentibus te!
25. Perficies sperantibus super te in coram filiis
hominum.

Pars prima

[illegible] 4. [illegible]

[illegible] providentia [illegible]

[illegible] a contradictione [illegible]

22. Benedictus Dominus, quia mirificavit misericor: [illegible] in urbe circumseptâ!

23. Ego enim dixi in destitutione meaque: abreptus sum a providentia oculorum tuorum.

[illegible] exaudis vocem necessitatis meae: in eo quod clamavi ego ante te.

24. Magnificate Dominum omnes pii ejus: quia [illegible] explorabit Dominus: nam retribuit supreme [illegible] facientibus (??) superbiam.

[illegible] estote, et roboretur cor vestrum: omnes [illegible] super [illegible]

1 Contentio mea [illegible] ratio mea, locus, [illegible] meus. in ipso enim vivimus, et [illegible] movemur, et sumus. Actor. cap. 17. v. 26

[illegible] per evidentiam, evidenti mira: [illegible] gratiq[ue] [illegible] inani evenire [illegible]

3. [illegible] meum pro, animam meam: quia vel ani: [illegible] est nomen venti tremescentis; vel quia [illegible] vox ψυχὴ frigus significat, quod pavorem, [illegible] humanae comitari solet.

[illegible] meae. Successus. κλῆρος enim, quia κλάει τὰς [illegible], frangit lites, deducitur a [illegible]

[illegible] potentia loquendi.

7 [illegible] χρηστότατος. nam χράω commodo,

et [illegible]

8 [illegible] ob defensionem, et custodiam

9. [illegible] propter [illegible] enim in [illegible] nonnunquam [illegible] in pavore [illegible]

10. [illegible] retribuit [illegible] servo. [illegible] ὑπερηφανίαν: nam retri: [illegible] ipse, amplifice, superbe agunt [illegible] apparet [illegible]

Ex Hebraica veritate

1. Ad impetratorem Psalmus David.

2. De te, Domine, confido: non pudebo in aeternum: in vera-
citate tua (1) libera me. [1] ut.v.
3. Verge ad me aurem tuam: accelera deservare me: exis-
tens mihi in fundamentum protectionis, in castrum funda-
mentorum ad salvandum me.
4. Quippe arx mea, et fundamentum meum tu: et in patro-
cinio gloriae tuae deduces me, et reduces me.
5. Emerges me de sagena, quam absiderunt mihi: quia tu
protector meus.
6. De manu tua requiram animam meam (2): libera eam
formator meus, Domine Deus fortitudinis.
7. Odivi observantes vanitates mendacii (3): verum ego
in Domino connitor.
8. Exultabo, et gratulabor in gratia tua: qui respicis
humilitatem meam videns angustias spiritus mei.
9. Non enim detraxisti me in manum inimici: confirmans
in latitudine pedem meum.
10. Miserere mei, Domine, quia angustia mihi: tabescit in
moerore oculus meus, spiritus meus, et pectus meum.
11. Quoniam consumuntur in luctu vires meae, et dies
mei in suspirio: corruit in omen meum conatus meus,
et crementa mea tabescunt
12. Ante omnem impugnatorem meum sum opprobrium
et coram vicino meo ostentum: et horror coram noto
meo: aspectu longius amovente suos a me
13. Obliteratus sum (4) velut mortuus a corde: sum velut
vas contritum.
14. Itaque audio contumelias augentium formidinem in
circuitu. in congregandis illis pariter contra me(?)sed ob-
tundendum cadaver meum moliuntur
15. Verum ego super te connitor, Domine. Dico, Deus me-
us es tu.
16. In manu tua opportunitas mea: prospera me de manu
inimici mei et de persequutore meo.
17. Declara providentiam tuam super servum tuum: salva
me in gratia tua.
18. Domine, non confundar, quia invoco te: confundentur
impii, obmutescant in sepulchro
19. Compescantur labia fallacis loquentia contra justum
vafritiem cum tumore, et contemptu.
20. Quam multiplex opitulatio tua, quam reservas timen-
tibus te: operaris ob sperantes in te palam filiis Adam.
21. Abscondes illos in absondito providentiae tuae a superbiis
hominis: asservabis eos sub tegmine a certamine lin-
guarum.
22. Benedictus Dominus, cum mirificaverit gratiam suam
mihi in urbe fundamenti

[illegible] Pars prima

22. Etenim ego dixi in trepidatione mea: excisus sum de [illegible] oculis tuis: [illegible] audiebas clamorem postulationis meæ, cum vociferabar ante te

23. Diligite Dominum omnes [illegible] fideles observantem Dominum et complentem ad excellentiam [illegible] superbiam

[illegible] invalescite, et confirmetur cor vestrum, omnes qui speratis ante Dominum

[illegible]

In veracitate tua. h. e. juxta veracitatem tuam

Vanitates mendacii: oracula idoli vanissima

De manu tua requiram animam meam: libera eam formator meus, Deus certitudinis. De potestate, et [illegible] virtutis tuæ continente universa ego repetam vitam, et salutem meam: libera illam, qui per illam me esse cum hac forma fecisti, Domine.

Deus inquo spes mea certa, et fiducia est

Vanitates mendacii: oracula idoli vanissima

Obliteratus sum h. e. [illegible] deletus.

In congregandis illis h. e. dum congregantur illi.

Sensus spiritalis

[illegible] ad passionem imminentem animum præparando [illegible] est. Alia enim quænam oratio ejus ad Patrem [illegible]

V. 4. In [illegible] inquit, gloriæ tuæ deduces me, et [illegible] me: h. e. mortificabis, et vivificabis in ostensione virtutis tuæ: quippe et moriens, et resurgens ostendebat, quia Pater cum illo erat

V. 6. Orat Patrem, ut emat per mortem ab illo animam, quam de ipso fonte vitæ, qui Pater est, reparaturus erat in resurrectione.

S. Lucas cap. 23. v. 46. testatur Dominum in hac oratione ad Patrem emisisse spiritum: sed Evangelista verba ipsa Domini non expressit, quia hunc [illegible] juxta Septuaginta. Hinc est [illegible] intelligunt, quonam modo postquam [illegible] in Psalmo dixisset: in manus tuas [illegible], in eadem persona possit

oratio continuari dicentis: Redemisti me Domine, Deus veritatis. Certe, inquit Bellarminus, verba illa: Redemisti me, Domine, Deus veritatis, non recte tribuuntur [illegible], cum sit ipse Redemptor, non redemptus. Ergo probabilior illa ex Hebraica veritate interpretatio, cum dicitur: De manu tua requiram [illegible] eam: libera eam formator meus, [illegible], Deus aeternitatis. Congruit enim tota haec oratio, ut usurparetur in cruce a Domino: inquit enim: Jam de comprehensione virtutis tuae reparationis [illegible] hanc animam meam: dissolve illam nunc de carcere corporis o Domine, o Pater formator meae humanitatis, Deus meus, exauditor fidelis.

V. 13. Oblivioni datus sum, vel oblitteratus sum, tamquam mortuus a corde, h. e. a cogitatione. Exprimitur illa vox Apostoli Philipp. cap. 2. v. 7. Exinanivit semetipsum.

V. 23. Projectus sum a facie oculorum tuorum. Intelligendum quasi ironice, et in contrariam verbis rationem. Est enim quasi diceret: In tota trepidatione mea videor sane quidem projectus ab oculis providentiae tuae: non sum tamen: siquidem: Ego sciebam, quia semper me audis: sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant. Joann. cap. 11. v. 42.

Ideo concludit: Diligite Dominum omnes sancti ejus: viriliter agite, et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino, et ante illum expectatis.

Pars prima

Psalmus David v.

[illegible] XXXIV.

Bellarminus praefatione in hunc Psalmum, Ut Theodoretus, inquit, Euthymius, et alii volunt, orat David pro liberatione sua contra Saul regem, aliosque persequutores suos. Mihi vero praeterea scriptus videtur, cum Saul post reconciliationem David datam in spelunca Engaddi 1. Reg. cap. 24. ubi v. 18. et infra dixit ad David: Justior tu es, quam ego: tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi, quae feceris mihi bona, etc.: tamen post haec iterum quaereret illum in deserto Ziph cap. 26. Cujus rei argumento est magna excandescentia, qua David irascitur, posteaquam [illegible] de retribuentibus sibi mala. Confer enim haec de Psalmo v. 12. Retribuebant mihi mala pro bonis [illegible] v. 14. Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens, et contristatus sic humiliabar: apparet nimirum illa David, de quo sic scriptum est 1. Reg. cap. 24. v. 9. 10. 11. Surrexit David, et egressus de spelunca clamavit post tergum Saul, dixitque: Domine, mi Rex. Et respexit Saul post se: et inclinans se David pronus in terram adoravit dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium: David quaerit malum adversum te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, et cogitavi, ut occiderem te: sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum: quia Christus Domini est. Tamen in Psalmo v. 11. Surgentes testes iniqui, quae ignorabam, interrogabant me. Sic 1. Reg. cap. 26. v. 1. Et venerunt Ziphaei ad Saul in Gabaa dicentes: Ecce David absconditus est in colle Hachila etc. v. 2. Et surrexit David, ut quaereret David in deserto Ziph. [illegible] et sacrae historiae, et sententia [illegible] Psalmi insinuat quandonam, et quanam occasione hunc arbitremur scriptum fuisse

[illegible] vulgo [illegible]

Editio Vulgata.

1. Ipsi David.

Judica Domine, nocentes me: impugna impugnantes me.
2. Apprehende arma, et scutum: et exurge in adjutorium mihi.
3. Effunde frameam, et conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.
4. Confundantur, et revereantur quærentes animam meam.
Avertantur retrorsum, et confundantur cogitantes mihi mala.
5. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: et Angelus Domini coarctans eos.
6. Fiat via illorum tenebræ, et lubricum: et Angelus Domini persequens eos.
7. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobraverunt animam meam.
8. Veniat illi laqueus, quem ignorat: et captio, quam abscondit, apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipsum.
9. Anima autem mea exultabit in Domino: et delectabitur super salutari suo.
10. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum, et pauperem a diripientibus eum.
11. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.
12. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
13. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio:
Humiliabam in jejunio animam meam: et oratio mea in sinu meo convertetur.
14. Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens, et contristatus sic humiliabar.
15. Et adversum me lætati sunt, et convenerunt: congregata sunt super me flagella, et ignoravi.
16. Dissipati sunt, nec compuncti: tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
17. Domine, quando respicies? restitue animam meam a malignitate eorum: a leonibus unicam meam.
18. Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo gravi laudabo te.
19. Non supergaudeant mihi, qui adversantur mihi inique: qui oderunt me gratis, et annuunt oculis
20. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.
21. Et dilataverunt super me os suum: dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.
22. Vidisti, Domine: ne sileas: ne discedas a me.

[illegible] 37. [illegible]

23. Exurge et intende judicio meo: Deus meus,
et Dominus meus in causam meam.
24. Judica me secundum justitiam tuam, Domine
Deus meus, et non supergaudeant mihi.
25. Non dicant in cordibus suis: Euge, euge, animæ
nostræ: nec dicant: Devoravimus eum.
26. Erubescant, et revereantur simul qui gra-
tulantur malis meis.
Induantur confusione, et reverentia, qui ma-
loquuntur super me.
27. Exultent, et lætentur qui volunt justitiam meam:
et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt
pacem servi ejus.
28. Et lingua mea meditabitur justitiam tuam:
tota die laudem tuam.

Ex Græca Septuaginta.
Psalmus Davidi.

1. Judica, Domine, injuriantes me: debella debellantes me.
2. Apprehende armaturam, et scutum: et exurge in exauditionem
mei.
3. Exhibe ensem, et conclude ex adverso persequentium me:
dic animæ meæ: salutatio tua ego sum.
4. Pudefiant, et percellantur inquirentes animam meam:
Revertantur in extremo, et pudefiant qui meditantur
mihi ruinosa.
5. Fiant quasi quisquilia apud prospectum venti: et
Angelus Domini comprimens ipsos.
6. Fiat gressus ipsorum tenebra, et lapsus: et Angelus Do-
mini persequens ipsos.
7. Quia immerito condunt mihi perniciem laquei sui:
frustra vituperant vitam meam.
8. Veniat illi laqueus, quam non scit: et venabulum, quod
absconderunt, comprehendat illum: nam laqueum incidet in ipsum.
9. At anima mea exultabitur in Domino: jucundabitur
super salutari ipsius.
10. Omnes vires meæ dicunt: Domine quis par tibi?
Eruens trepidum ex manu fortiorum illo: et trepidum
et inopem a diripientibus illum.
11. Assurgentes mihi testes injusti, quæ non novi accusant.
12. Rependunt mihi gravamina pro beneficiis: et demoli-
tionem vitæ meæ. (1). vitæ meæ. dandi ~~[illegible]~~
13. Ego autem in eo illos conturbare prope me, induor
sacco:
Et humilio in jejunio vitam meam: et attendo mea
ad me [illegible] meam (1) [illegible]
14. Ut propinquo, ut fratri nostro [illegible] gratificabar [illegible],
et torpens sic humiliabar.
15. Et contra me commenti sunt, et congregati sunt,
congregatæ sunt super me plagæ, quia non cavi.

Ps. Davi. 34. vulg 34.
Ex Græca Septuag.

19. Discissi sunt (4) et non compuncti sunt: tentaverunt me,
subsannaverunt me subsannatione: striderunt super me
dentibus suis.
20. Domine, quando adspexeris? Restitue vitam meam a
perditione illorum: a leonibus unigenam meam (5).
21. Concelebrabo te in evocatione multa (6): in populo
ingenti laudabo te.
22. Ne supergaudeant mihi dissidentes mihi injuste: odi-
entes me immerito, et conniventes obtutibus.
23. Quoniam mihi quidem pacifica loquebantur (7): ut
eorum concitatione dolos machinarentur.
24. Et dilatant contra me os suum: fantur: euge, euge.
viderunt oculi nostri.
25. Vides, Domine, ne conticescas: Domine ne absistas
a me.
26. Exurge, Domine, et attende discrimini meo: o Deus
meus, et Dominus meus in judicium meum.
27. Distingue me, Domine, per exemplum tui: Domine, Deus
meus: et non gaudeant super me.
28. Ne dicant in præcordiis suis (8): Euge euge, vitæ
nostræ: neque dixerint: deglutivimus eum.
29. Erubescant, et percellantur simul, qui gaudent super
ruinis meis
30. Induantur pudorem, et percussionem, qui magnifice
sermocinantur contra me
31. ~~Laud~~ Exultent, et jucundentur, qui intuentur exem-
plum meum: et dicant omnimode: Magnificatur Do-
minus, intuentes pacem servi sui.
32. Itaque lingua mea postulabit exemplum tuum
tota die laudabilitatem tuam.

1. Vitæ meæ. David canit. h. e. pro eo, quod gessi fortiter
et innocenter in vita mea
2. Ad meditatum meum. Κόλπος, sinus vulgo vertitur. In
presenti est finis præmeditando susceptus, qui tandem ac-
curando, et sedulo agendo obtinetur
3. Ut propinquo et fratri nostro [illegible], ita [illegible]
[illegible] i. e. fratri nostro, inquit, hoc e. fratri communi.
Talis est enim Rex ~~[illegible]~~, cui ab omnibus gratum fiat,
tanquam principi; sed tamen inter homines paris generis.
19. Copia fructuum meorum de pecunia et obrizo. et proventus mei de argento electo.

20. Ex [illegible] judicaturę procedam, in [illegible] mum semitarum argumentique. — Asseverando judicationi [illegible] facultatem intelligendi quidquid est magis reconditum in iis de quibus argumentando judicialiter disceptatur.

21. Locupletando et [illegible] mei quemlibet, quia thesauros illorum implebo.

22. Dominus aedificavit mihi principium observantiam ~~religionem~~ suę ęternitatis per opera sua ab[s] tunc. — Dominus inseruit mihi tamquam primam omnium animadversionum admirationem, et venerationem suę ęternitatis agnoscibilis per opera sua ab illo principio procedentia

23. Ab [illegible] ordinatus sum de principio in antecessibus — Ordinatus sum, hoc est prędestinatus

24. In nihilo turbanorum initiatus sum: in nihilo de [illegible] ~~[illegible]~~ ponderantium [illegible]. — In silentio [illegible] principium mei apud Deum [illegible] cum adhuc nulli essent ingredientes [illegible]

25. Ab antequam montes solidati sint: ante preparationem collium ordinatus sum.

26. Jam non fecerat terram et insulas: et ~~primum~~ elementum pulverum orbis.

27. Cum perennaret cœlum, coaderam ipsi: dum disterminabat suisipsius thronum super ventos.

28. Cum fortiflua faceret ea super nubes. et ut infallibiles forent fontes ejus sub cœlo

[29.] In ponendo mari summitatem ipsius: nam aquæ non pertransibunt oram [illegible]: nam fortiflua [illegible] fundamenta terræ:

30. Eram apud ipsum coaptans: ego eram, cui oblectabatur: per diem autem meminiram in prævidentia ~~illius~~ ipsius in omni tempore.

31. Dum commeminisset habitabilem confectam: et commeminisset in filiis hominum.

32. Nunc ergo, fili, audi me: nam beati qui mores meos custodiunt.

33. Audite sapientiam, et sapientiamini: et ne impro[illegible]minor.

34. Beatus vir, qui obediet me: et homo qui meos mores servabit, vigilans apud meas fores quotidie, servans stateras meorum itinerum.

35. [illegible] progressus mei [illegible] egressus vitæ: et perennatur [illegible] a [illegible]

36. Qui peccantes [illegible] me, [illegible] in suasipsorum animas: et negligentes me attrahunt mortem.

Nam [illegible] [illegible] thronum [illegible] toto regione ventorum

Cum inderet ingentem vim illam infixamque sideribus, quæ super nubium regiones collocavit, et deponent fontes aquarum sub cœlo per terras ita ordinatis legibus, ut errare nunquam a prima institutione videantur.

Fortiflua fortia contra fluctus ponebat fundamenta terræ.

Per diem per dies singulos, de die in diem. Meminiram, agebam operationes in providentia illius ob omne tempus

Dum mente operaretur, ut orbem terrarum [illegible] humanum habitu hominum perficeret: et cogitaret facere successionem generis humani.

Nam progressus mei decurrunt ad vitam, quam do[illegible]minus muneratur fine æterno, seu æternitate quæ finis erit sine fine

Cap. 9.

Ex Græca Septuaginta.

1. Sapientia ædificat sibiipsi domum: et ~~[illegible]~~ defigit graphia septem.

2. Mactabit suamet ~~[illegible]~~ dapes: miscebit in cratere suummet vinum: et parabit suammet cathedram.

3. Dimittet suosmet servos convocaturos cum altitudine prædicationis apud craterem dicens:

4. Qui est vestrum ~~[illegible]~~ ineruditus, declinet ad me: et indigentibus rudimentorum inquit:

5. Venite, edite meum panem: et bibite vinum quod misceo vobis.

6. Relinquite ineruditionem, et vivificabimini (in æternum regnabitis: ergo studete eruditionem, ut vigeatis) et dirigite conjecturam cum notitia.

7. Qui docet malos com[illegible]bit sibi met dedecus: arguens enim [illegible] vituperabit seipsum (Nam redargutiones neglectori, vibices ei.

8. Ne argue malos, ut ne despectent te: argue sapientem, et venerabitur te.

Vir sapiens ædificaturus domum, nunquam contentus est describere illius speciem. Quippe ubi res ma[illegible] agitur, et multæ impensæ, multæ debent curæ præponi. [illegible] domus in sapientibus ostenditur, ob quem ædificat vir sapiens. Mactabit etc. omnia [illegible] parabit de m[illegible]gre ad comm[illegible], et decorem.

Ob recte argumentamini ex arte propria.

Arguens enim qui [illegible]igit, et ficus facit disciplinam pro[illegible] ut in se ipsum vertatur probrum.

27. ~~In dispositione~~ iceus celorum

27. Cum aptaret ille celis locum ego: ~~in descripti~~
~~prescriptione illius~~ cum prescriberet ille circulum
ante preparationem abyssorum.

28. Cum fortificaret ille nubilia desuper: cum vali:
daret fontes abyssorum:

29. Cum collocaret ille mari prescriptionem suam
et aquis ne transireat oram illius: cum describere
ille elementa terre:

30 Ut essem apud ipsum vere: et essem meditationes
diu diu in ludis preparationis ille in universum
tempus.

31. In lusu circa orbem terre suo: et meditationibus
filiorum Adam.

32. Itaque, filii, obaudite me: beatos vie mee
custodient.

33. Audite prescriptum, et sapite eum non cessetis.

34 Beatus Adam obauditor meus: durans ad fores
meas diem diem: observando ad postem portarum
mearum.

35. Quia munera mea munera vivifica: ut compesi:
ut favorem a Domino

36. At peccator meus ledit animam suam: omne ...:
glectores mei attrahunt precepta ... tium.

Cum disponeret ille ... os

Et essem aliquid eorum que Deus meditabatur post
longiora tempora fecere inter lusus preparationi
ipsius in tempus universum.

Diem diem quotidie.

Cap. 9.

Ex Hebraica veritate.

1 Sapientia edificat domum suam dolat columnas suas ...
cienter sibi.

2 Coquit coquinam suam: effundit vinum suum: item negotiatur
mensam suam.

3. Emittit puellas suas convocatura ad arces de culminibus
convocationis.

4. Quis imperitus reprehenditur: ecce relinque curam ~~ta~~
~~quibus~~ dixit illi:

5. Venite, epulamini de epulo meo: et bibite de vino
...onis mee.

6. Negligite fortuita, et convalescite: et incedite per viam
considerationis

7. Reprehensor discoli excerpit sibi vituperium: et contra
impius similiter

8. Ne cogas discolum, ne contemnat te: adige sapientem
ut regratiatur tibi.

9. [illegible] eviationem, et sapientior erit: doce probum, et apponet excipere. — Doce sapientem quid deceat evitare

10. Principium sapientiae timor Domini: et voluntas industriorum conjectura. (Illud autem, nosse legem, cogitationis est facilis. — ἀγίων industriorum, sollicite agentium ab ἄγω. Legem vocat νόμον perceptionem, vel institutionem in arte qualibet. Nosse praecepta est habere peritiam: ditum quid in singulis casibus operae pretium sit eligere, vel facere.

11. Hoc porro modo multum vives tempus: et apponentur tibi anni vitae tuae.

12. Fili si sapiens efficiaris, ipsi sapiens eris (et proximis tuis) si autem malus evaseris, solus portabis mala (Filius eruditus sapiens erit: et insipiente ministro utetur. qui innititur super fallaciis ille pascit ventos: idem ipse persequetur aves volantes. Relinquit enim vias suae met vineae: et orbitas sui agri doce[illegible] est. Deerrat autem per inaquosum desertum: et terram per: ordinatam in siccitatibus: cogit autem manibus infructuositatem. — Decentus [illegible]. Et extra gyros campi sui deerrare compel[illegible] [illegible].

13. Mulier amens et petulans indigens fusti efficitur: quae non adsciscit pudorem.

14. Sedet ante fores suae met domus: super difer: culum conspicue in plateis: — Differculum [illegible]

15. Provocans transeuntes viam, et accurrentes in itineribus ipsorum: quis est vestrum amentissimus? declinet ad me.

16. Nam indigentibus [illegible] [illegible].

17. [illegible] absconditos [illegible]: et aquam furti dulcem bibite.

18. Ille autem non videt, quod terrigenae per illam pereunt: et ad perticam corruptionis occurrit. Sed ergo expeditor: ne [illegible] in loco ipsius: neque praestitutas obtutum tuum apud ipsam: sic enim decides ut aqua alia, et transgredieris fluvium alium. Ab autem aqua aliena abstine: et de fonte alieno ne biba[illegible], ut [illegible] vivas tempus: apponantur [illegible] anni vitae. — Et occurrit ad perticam, in qua mortiunm extenduntur in exemplum. Aqua alia, omnis communis aqua. [illegible] alium, novum.

9. ~~Prebe sapie~~ Da sapienti, ut sapiat amplius: doce [illegible] da, excita [illegible]
sincerum, et augebit studium.
10. Organum sapientiæ timor Domini: et scientia peritorum
experientientia.
11. Quippe ob me multiplicabuntur dies tui: et augebuntur tibi
duplicia vi~~tarum~~.
12. Si sapis, sapis tibi: ~~at~~ illudis? ob solum te omi:
naberis.

13. ~~Femina~~ stultitiarum totas ineptias et vanitatem
[illegible] nescit [illegible]
14. [illegible] ~~[illegible]~~ assidens ad januam domus suæ
super solium in fastigiis urbis
15. Clamando ad transeuntes ~~viam~~ gradatim dum dirigunt
itinera sua.
16. Quis ~~ineptus~~ ineptum ~~[illegible]~~? reprehendit eos, et inopem cordis? et dicit illi: — H. e. Non par est cur reprehendantur inni stulti, et vecordes.
17. ~~Aquæ furtivæ~~ Aquas furtivas dulcificabunt: et panis
latebrarum jucundabit.
18. Et non cavet ~~quod incarnum lœvis in profun~~
~~dis inferni:~~ ~~clamores~~ ille insanus [illegible] locum in
profunda [illegible] vni invitationes illius. [illegible] stultiq

Proverbia

10.

[illegible] ceptum agit.

1. Filius sapiens oblectat patrem: filius autem amens dolor matri.

2. Non juvabunt thesauri exleges: probitas autem eruet ex morte.

Probitas [illegible] hoc capite prudentia est

3. Non famescere faciet Dominus animam proborum: vitam autem negligentium subvertet.

4. Inopia virum humiliat: manus autem viros ditant.

Inopia [illegible] acedia, vel socordia intelligi debere.

5. [illegible] filius erudiatur sapiens erit: tum amente intercursore utetur.

Intercursore servo parente, et intelligenti ad [illegible]

5. Conservator ab aestu filius memor: ventimpetus autem fit in messe filius exlex.

Filius industrius, et curam sui gerens providet sibi in messe. qui autem legem non servat, hic moram ventum timet in messe. hic excusat vano praetextu se ab omni utili labore.

6. Benedictio Domini super caput probi: os autem negligens [illegible] invidiosus.

7. Memoria proborum cum encomiis: nomen autem negligentium extinguitur.

8. Sapiens corde excipiet commendationes: at [illegible] deflectens impedietur.

Implicabitur pedibus ut non possit procedere.

10. Qui graditur simpliciter, graditur fiducialiter: at perver[sus] [illegible] suas noscetur.

11. Innuens oculo cum dolo congregat viris [do]lores: tum arguens cum eloquio pacificat.

12. Fons vitae in [illegible] probi. eadem autem negligentis occupabit deperditio.

13. Disputax excitat contentionem. omnes autem non contendendi amicos occupabit amicitia.

14. Qui ex labiis profert sapientiam virga verberat virum excordem.

15. [illegible] abscondent sententiam: os autem [illegible] accedit contritioni.

16. Acquisitio ditescentium urbs munita: contritio autem negligentium inopia.

17. Opera proborum vitam faciunt: fructus autem negligentium destructiones.

18. Vias vitae custodit eruditio: eruditione autem [illegible] [illegible] [illegible].

19. [illegible] odium labia proba: at efferentes convitia [illegible] sunt.

20. Ex multiloquio non effugies deperditionem parcens [illegible] ~~[illegible]~~ memor erit.

Multum loquendo non effugies incompositionem verbi sermonis, [illegible] narias verbis consideratio et qui [illegible]

21. Argentum ignitum lingua probi: os autem negligentis deficiet.

22. Labia proborum sustinent altas: at amentes in indigentia finiunt.

23. Benedictio Domini super caput ~~probi~~ haec ditat: et non unquam apponitur ei dolor in corde.

[illegible] tractat mala: at sapientia viro parit mentem.

25. In deperditione negligens circumducitur. desid[erium] autem probi acceptum.

Salomonis.

Ex Hebraica Veritate.

Eloquutiones Salomonis
Filius sapiens [illegible] [illegible] [illegible] peccator tristitia
matris suæ.

2. Non proderunt thesauri impiis: sed virtus eripiet de
discrimine.

3. Non famelicabit Dominus desiderantem virtuosum; sed vim
impiorum propulsabit

~~4. Egestatem facit~~ ~~[illegible]~~ volæ ~~fallaciam: at manus stre~~:
~~[illegible]~~

4. Egestatem [illegible] vola fallax: at manus strenuorum lo-
cupletat.

Egenus erit qui [illegible] volam, ut emendicando accipiat, quantumvis noverit fallere: qui manum vero labori apponit, et strenue agit, ille locuples est.

5. Congregat in æstate filius ~~sapiens~~ intelligens:
dormitabundus in ~~[illegible]~~ æstate filius ignominiæ.

6 Ornamenta ob caput virtuosi: tum vultu impiorum
obteget offensa.

7. [illegible] virtuosi ad exornationem: et nomen impiorum
putrescet.

8. Sapiens sensu excipiet præcepta: at fortunosus labiis
impinget.

Fortunosus, qui vertit ac tribuit casui eventa: vel qui non attendit; ut cum ratione agat

9 ~~Ambulans~~ Incedens cum integritate incedet confidenter; at
detorquens gressus suos notescet.

Cum int. simpliciter, innocenter, modeste, perfecte.

10. Nictans oculus parabit molestiam. et fortunosus [illegible]
[illegible]

Fortunosi [illegible].

[illegible] vitæ virium os virtuosi: at os impiorum obteget offensa.

12. Invidia commovet contentiones; et ~~omnes prævaricatio~~ super
~~[illegible]~~ super omnes prævaricantes obliviscitur dilectio

13. In labiis [illegible] præparati [illegible] [illegible] et fustis ad
tergum egentis cura.

14 Sapientes [illegible] et os fortunosi cum fervore
decertat.

15. Opulentia ditescentis oppidum sceptri illi: fervor ~~[illegible]~~
~~[illegible] egentium~~ egenorum [illegible] depauperat ipsos.

Qui ditescit, opulentia est illi quasi urbium propugnaculum; et [illegible] [illegible]

16. Opus virtuosi ad vitæ [illegible] [illegible] offendiculum

17. Gradus ad vitæ custodia præceptionis at deserit [illegible]
menta errabundus.

18. In tegmine æmulationis labiorum [illegible]. et [illegible]
obtrectationem, ille offensor.

Qui valet obtegere æmulationem, utitur labiorum [illegible] qui autem quærit contumeliam, [illegible] [illegible] [illegible] offendit

19 In multiplicatione verborum non deerit peccatum: et
cohibens labia sua considerabundus.

20. Argentum perfectum lingua virtuosi: cura impiorum
pro minimo.

21. Labia virtuosi affligunt superbos: et fortunosi cum
inani cura morientur.

22. Benedictio Domini sola locupletat: et non finiet ~~[illegible]~~
tristitia societatem illius.

23. Ut ludus a peccatore facinora nequitiæ: at sapientia
virum artificiabit.

24. ~~[illegible]~~ Violentia impii sola obveniet illi: at ~~[illegible]~~ optatum
virtuosis dabitur

[illegible]

Proverbia

26. Pertranseunte procella disparet negligens: probus autem declinans salvatur in aevum.

27. Sicut omphax dentibus nociva, et fumus oculis: sic injustitia utentibus illa.

28. Timor domini apponit dies: anni autem negligentium minuentur.

29. Concomitatur probis commemoratio: superbia autem negligentium perit.

30. [illegible] pii timor domini: contritio autem operantibus mala.

31. Probus in aevum non indigebit: negligentes autem non aedificabunt terram.

32. Os probi distillat sapientiam: lingua autem improbi [illegible].

33. Labia virorum proborum distillant [illegible]. os autem negligentium pervertitur.

Cap. [illegible]

Praecepta justitiae, et liberalitatis.

Ex [illegible] septuaginta.

1 Lances dolosae [illegible] ob oculum Domini: statera autem justa accepta illi.

2 Ubi cumque ingreditur contumelia, illuc et contemptio: os autem [illegible] accurat sanitatem.

3 Finis [illegible] diriget illos et ~~[illegible]~~ [illegible] illos.

4 Non juvabunt magistratus in die furoris: veritas autem eruet a morte.

[illegible] perfecti [illegible]

5 [illegible] inculpatis [illegible] negligentia [illegible] improbitatis.

6 [illegible] et illos: [illegible]

[illegible]

7 [illegible] justi non ~~[illegible]~~ peret spes: [illegible] negligens [illegible].

8 Justus ex [illegible] emergit: pro illo autem traditur negligens.

9 [illegible] negligentium [illegible]: sententia autem sapientium expeditura.

10 In [illegible] sapientium assurgit civitas: et in abolitione negligentium triumphus.

11. In eloquentia ~~sapientum~~ [illegible] exaltatur civitas: [illegible] autem negligentium subvertitur.

Negligens contemptor rerum humanarum, et hominum, impius.

Omphax uva acerba.

[illegible]

[illegible] corpus [illegible].

Accepta illi, amatur in [illegible] et [illegible] ab illo.

Qui committit contus [illegible], ille se ipsum gravat contemptu.

Finis quem sibi proponunt, qui volunt bene [illegible] fortunabit illos: et ex ipso impedimento quod depravores voluerint illis opponere, fructum vitae, et alimonium decerpent.

Non prodest, quod [illegible] praestantiam quam die [illegible] in certamen cum [illegible]. nam sola [illegible], justitia et veritas in [illegible] liberat a morte.

Qui autem [illegible] officia, [illegible] amittit [illegible].

[illegible] autem aberrant a [illegible] vellet: [illegible] volunt eam et [illegible] idem; [illegible]

[illegible] venerit [illegible] cum [illegible] et legum deperdit, et gloriae [illegible], et fructum [illegible] spei.

Pro justo traditur in [illegible] officiorum.

Sententia [illegible] sapientes [illegible] respondent [illegible] una est, quae expedit cives de [illegible] officia contemnentium.

Praefatio in librum Sapientiae.

1\. Usus in Ecclesia obtinuit, ut libros plures ex Canonicis
[illegible] Sapientiam [illegible] [illegible]arent. Enimvero in ipsa
etiam media sacra Liturgia quotiescumque textus
occurrit ex libris omnium doctorum confessione Sa:
lomonis, et ex illo quem peculiaris nota Sapien:
tiam inscribit, et ex Ecclesiastico filii Sirach,
eos omnes uno Sapientiae communi nomine vulgo com:
plectimur. Verum nec modo Sapientiam, sed Sapien:
tiam etiam Salomonis hos universim antiqui nomina:
verunt. Quod autem Sapientiam dicerent, ratio:
nem quidem a subiecta librorum materia acce:
perunt. Nam quatuor quidem omnino continent vel
litteram vel commendationem, vel doctrinam sapi:
entiae; ipsum porro Canticum Canticorum habue:
runt in eo genere, assueti exponere mystice, qui
tamen hystoricus proprie est, et rem gestam verit:
sime enarrat, et continet, si recte et penitus in:
vestigatur, quemadmodum labores nostri quos illi
meditando adhibuimus fecerunt esse evidens.
Quod autem ex laudatis libris et hanc Sapienti:
am quam [illegible] nunc sumimus, et Siracidis
Ecclesiasticum [illegible] Sapientia Salomonis quasi unum
coniungerent, illique regi sapientissimo pariter
acceptos referrent, causam ~~[illegible]~~ affert S. Augustinus
l. 2. de Doctr. Christ. c. 7. nam illi duo libri de
quadam similitudine Salomonis esse dicuntur.

2\. Enimvero Ecclesiasticus Siracidis et materiam subiectam
libris Salomonicis habet maxime affinem, ut pau
lo ante indicatum est; et stilum etiam imitatur
proverbiorum Salomonis, cum ab origine scriptus sit
Hebraice, et ex illius idiomatis pariter simplici
tate, [illegible] autem se reperisse testatur S. Hieronymus Chromatio Aquilejensi, et Heliodoro Altini Episcopis
[illegible] praefat. in libros Salomonis. Sapientia au:
tem convenit cum scriptis Salomonis propter ar:
gumenti vim quidem, et [illegible], sicut Ecclesiasticus;
graece etiam Salomonis inscriptus est, propter in:
ductum illum unum et regem ad ratiocinandum,
et ad dicendum; ut patet ex c. 9. v. 7. 8. Tu ele:
gisti me regem populo tuo et dixisti me aedificare
templum in monte sancto tuo etc., communiter
tamen non recipitur velut opus illius, suadentibus
firmissimis facile argumentis. Nam persuasum
habent docti frequentissimi scriptum eam ab origine
librum hunc graece; in quo S. Hieronymi auctoritatem
l. c. sequuntur in hunc modum censentis: fertur
pseudepigraphus qui Sapientia Salomonis inscribitur.
Apud Hebraeos nusquam est; quin et ipse stilus grae:
cam eloquentiam redolet: et nonnulli scriptorum ve
terum hunc esse Iudaei Philonis affirmant

3. Ubi enim pseudepigraphum legis, non idcirco vel
malum librum, vel inutilem censere debes, sed
cujus tantum scriptoris hominis verum nomen
suppositum, et ignotum est. Alij sunt enim libri
pseudepigraphi, qui objecto ipso quod propo:
nunt, et in quo versantur, falluntur, et senten:
tias comparant malas ad aliorum perniciem;
alij quorum solum scriptoris nomen nos latet,
quosque ab alijs pro alijs compositos arbitra:
mur. Quare utcumque pseudepigraphum
ita haberet Hieronymus, nihil tamen obsti:
tit, quin sacro Canone dignum probarent
Patres Concilij Florentini in decreto Unionis, et
post illos Ecclesia item universalis in Concilio
Tridentino sess. 4. Hieronymi tamen tempo:
ribus non eum vulgo recipiebant tamquam
divinæ auctoritatis, utcumque bonum atque
utilem probarent Ecclesiæ frequentissime. Hinc
illæ voces doctoris maximi ~~eum~~ librum cum
quadam animi formidine citantis et propo:
nentis v. g. ~~Comment. in Isaj. lib. ... c. ...~~ Com:
ment. in Zachar. l. 3. c. 12. Vide et in Sapien:
tia, quæ Salomonis inscribitur (si cui tamen
placet librum recipere) reperimus etc. et dialog.
contra Pelagianos tom. 2. cum citaret illud ex Sa:
pientiæ c. 1. v. 1. in ~~simplicitate~~ sapientia, et simpli:
citate cordis quærite deum, subjungit: ac ne forte
huic volumini contradicas. Frequens enim occur:
rit eruditis ut discrimine utantur inter libros
canonicos et protocanonicos, et deuterocanonicos.
Primæ classis illi sunt, de quorum fide numquam
in Ecclesia dubitatum est, ad secundam classem
pertinet hæc Sapientia.
Philoni autem quod veteres tribuunt, is est, quis
Philo hic sit, quam versat Cornelius a Lapide di:
serte admodum. Fuerunt enim nonnulli in sen:
tentia, esse hunc Philonem Hebræum " qui paulo
" post Christum vixit sub Cajo Caligula impera:
" tore, ad eumque legationem obijt pro Judæis
" Verum hæc sententia plane est improbabilis. Plu:
" res Philonis errores recenset Sixtus Senensis l. 5.
" Bibliothecæ c. 17. et 93. nonnullos ~~...~~ autem
" refellit auctor libri sapientiæ. v. rem si vis diserte
totam, Theophile, hanc legere, commentarium ipsum
laudati Cornelij a Lapide consules; satis est nunc
pro ratione instituti nostri attingere hæc vel leviter
at " Nonnulli censent (item a Lapide) hunc librum
" scriptum a Philone non illo, qui vixit post Christum
" sub Cajo, sed seniore, qui vixit 180 annis ante
" Christum sub Onia primo Pontifice. Verum Philo

"nis hujus senioris nulla est mentio apud Josephum,
"Eusebium, aliosque antiquos scriptores. hi enim tan:
"tum meminerunt Philonis Hebræi qui vixit sub Cajo,
"et Philonis Byblii, id est oriundi ex Byblo civita:
"te Phœniciæ, qui non fuit Hebræus, sed Gentilis,
"ideoque ineptus ad scribendum res Judaicas, ac
"multo magis ad scribendum libros Canonicos. Ad:
"de, censent Philonem hunc fuisse unum ex 70
"interpretibus: hoc autem dici nequit, nam Aris:
"tæas in historia 70. interpretum singulorum no:
"mina assignans, nullum inter eos Philonem no:
~~nominat~~ minat." Tu vero historiam hujus Aristeæ, Theophile, habe utique commentitiam. De qua vide Ber:
nardi Montfauconi accuratam præfationem ad nova
exapla Origenis, conficitur per Cornelium a Lapide
tamen, ut si neque in Aristeæ fabula hunc
Philonem reperies memoratum, cui librum Sapi:
entiæ scriptum referas, nullibi nisi somniando
possis reperire, neque appellare.

5. Unde " Certum est de fide auctorem primarium libri
"sapientiæ esse Spiritum Sanctum, incertum vero
"est quis fuerit secundarius, scilicet Hebræus scri:
"ba, et Rabbinus, qui dictante Spiritu Sancto eum
"conscripserit.

6. "Porro quia liber hic videtur scriptus græco stilo ab
" Hebræo quopiam, teste S. Hieronymo, conjiceret li:
" cet eundem scriptum esse paulo post regnum Ale:
"xandri Magni, qui Salomone sexcentis, et ampli:
"us annis fuit posterior. Alexander enim cum im:
"perio linguam græcam invexit in Judæam, ita ut
"nobiliores Judæi tum græce discere cœperint. Hinc
"paulo post Alexandrum Ptolemæus Philadel:
"phus secundus Ægypti rex e Judæa evocavit 70. in:
"terpretes, qui Biblia Hebræa in ~~Latinum~~ Græcum
"idioma traducerent: quare tunc Hebræi didicere
"linguam græcam, ac græce scripsere libros. Unde
"et Jesus Sirach nepos librum Ecclesiastici ab avo
"Hebraice conscriptum traduxit in linguam græcam,
"ut ipse fatetur in prologo Ecclesiastici. Illud enim
"seculum fuit literatorum. quare tunc apud Judæos
"floruit sapientia, et eloquentia græcanica. Igitur
"textus græcus hic videtur originarius S. Scripturæ tex:
"tus. Nam stilus, et phrasis græcam magis eloquen:
"tiam ~~redolet~~ quam Hebræam simplicitatem redolet,
"ut recte advertit S. Hieronymus, et colligitur ex c. 13.
" 14.

7. " Videtur ergo quod sub tempora Ptolemæi Philadelphi
"scriptus fuerit liber Sapientiæ græce ab aliquo e
"72. interpretibus, vel simili Rabbino, forte in gra:
"tiam Ptolem. Philad. Unde ^tote^ hoc libro regem instru:
"it, quomodo sapienter et juste debeat administrare
" rempublicam. Has enim de re ipse Ptolem. 72.
"interpretibus totidem quæstiones puta singulis sin:
"gulas proposuit, ut ab ijs disceret modum bene
"regendi, quas recenset Aristeas in historia 72
"interpretum." Numerationem ita quæstionum et
d'[illegible]ultatum mentem Ptolemæi obeuntium eviden:
ter fabulam sugillant prudentes Pseudo Aristeæ
ingenio excogitatam, verum capita quæ propone:
ret iuxta numerum eorum confingentis qui possent
respondere

8 Hactenus, Theophile, doctrina Cornelii a Lapide de au-
ctore libri Sapientiæ tibi perstricta summatim est:
nunc et de versione latina quam legimus ex eodem,
tum quæ libri partitio, ut cognoscas quæ vis si-
t argumenti. "Jam vero S. Hieronymus, qui
"auctor est latinæ versionis vulgatæ Bibliorum,
"exceptis Psalmis (in his enim Ecclesia retinuit
"versionem Septuaginta, utpote jam omnium ore
"tritam, et decantatam) non videtur fuisse inter-
"pres hujus libri Sapientiæ et Ecclesiastici; quia eos
"non videtur habuisse canonicos, unde nec prologum
"eis præfixit; uti in cæteris libris a se translatis
"facere solet; imo passim aliter Sapientiam citat
"quam habent nostra vulgata, ut patet ex com-
"mentariis ejus in c. 35. Isaiæ, et in Zach. c. 4. et
"12. et alibi sæpius. A S. Augustino, Cypriano
"Dionys. Areopag. et aliis S. Hieron. antiquiori-
"bus citantur sententiæ e libro Sapientiæ eodem
"plane modo, quo nunc habentur in vulgata
"latina. Illa ergo ante S. Hieronymum extite-
"rit oportet. Quare plane verisimile est in
"Sapientia et Ecclesiastico retentam fuisse ab
"Ecclesia priscam versionem, qua ipsa usa fuit
"ante S. Hieronymum.

9 Liber dividi potest in tres partes, sive sectiones.
"Prima a c. 1. usque ad c. 7. elogium sapien-
"tiæ continet, et parænesim, sive adhortationem
"ad ejus amorem, studium, et zelum. Secunda
"a c. 7. ad 10. originem Sapientiæ, quod scili-
"cet a Deo sit orta. Tertia a c. 10. ad finem
"ejus effectus, et commoda per patriarcharum
"Adæ, Noe, Abrahæ, Lot, Jacob, Joseph, Moysis,
"Hebræorum exempla enarrat.

7).). c. 1. n. . et c. 18. 19.

Notæ breves
seu
Scholia
in librum Sapientiæ.

Cap. 1.

V. 1. Qui judicatis terram. h. e. judices, vel reges terræ.
ibid. Sentite de domino in bonitate. h. e. intelligite, ar:
bitramini, judicate, existimate, credite de Deo semper ben
bene, bona; ~~quæ videlicet~~ cum bona videlicet pietate
animi, cum sapienti, rectaque consideratione, quæ digna
sunt Deo.
ibid. Et in simplicitate cordis quærite illum. h. e. Et uni:
ca, humilis, et fidelis intentio atque voluntas cordis ve:
tri, et pietatis animi sit, ut quærat illum, promeretur
illius amicitiam, protectionem, et gratiam.
V. 2. Quoniam invenitur ab his qui non tentant illum
h. e. Intelligitur, et cognoscitur ab illis, et illis favet,
atque adest præ cum ope, auxilio, et gratia, qui ne:
que superbe sapiunt de illo scrutantes majestatem
ultra quam oportet sapere sine sobrietate, neque
peccant in illum, et provocant illius iracundiam et
zelum.
ibid. Apparet autem eis, qui fidem habent in illum. h. e.
Revelat autem se se, et lumen suum illis pene famili:
ariter velut amicis suis, qui per fidem, et cum fide ac:
cedunt ad illum, et fiduciam illam piam, quæ charita:
tate animatur, afferunt ad illum.
V. 3. Perversæ enim cogitationes separant a Deo. h. e. Cogi:
tationes, quæ aberrant a pietate, a recta fidei regula, a
sobrietate inquirendi, elongant a scientia illius, et ali:
enant ab ejus gratia.
ibid. Probata autem virtus corripit insipientes. h. e. qui
autem bene, sobrie, et bonus juxta ea quæ supra
dicta sunt de Deo cogitaverit, eumque quæsiverit,
ipse amovebit a se insipientiam, et docebit alios
etiam sapientiam.
V. 4. Quoniam in malevolam animam non introibit sa:
pientia. h. e. Quoniam qui vel impie vel perperam
sagacitatem naverit, non erit sapiens; nec qui minus si:
te, minus fideliter, impie autem, et curiose magis, arro:
ganter divina scrutatus fuerit, divina ~~non~~ cognoscet.
ibid. Nec habitabit in corpore subdito peccatis. h. e. Nec
aptus erit ad comparandam vel retinendam ~~sapien:
tiam~~ atque tuendam possessionem sapientiæ homo car:
nalis, et pronus ad peccandum.
V. 5. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum h. e.
Spiritus enim sanctus disciplinæ, intimus magister effu:
giet fictionem, fallaciam, nequitiam, minus sobriam
curiositatem, apparentem et simulatam pietatem ho:
minum malevolorum, et peccatorum fere communem.
Vel etiam, disciplina enim sapientiæ cum per se se
requirat spiritum, curam, studium, hominem sancte
animatum ac præparatum, effugiet, et non sequetur
arrogantem, vel aliter male dispositum.

ibid. Et auferet se a cogitationibus, quę sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate. h. e. Et quemadmodum impedit sapientiæ progressum, qui minus recte, intelligenter, sobrie, fideliter illam cogitat, requirit, ac meditatur, sic etiam amittet, et effugabit illam, qui si etiam primo habuit, mox inierit iter peccati.

Item. Corripietur a superveniente iniquitate. h. e. corripiet superveniente iniquitatem. Corn. a Lap. h. e. iniquitatem ne superveniat, vel si supervenerit, vel si in quemcunque supervenerit. Vel expelletur a superveniente iniquitate.

V. 6. Benignus est enim spiritus sapientię. h. e. cum benevolentia, et charitate, vel propter benevolentiam, et instantem charitatem excitatur, et spirat vir sapiens.

ibid. Et non liberabit maledicum a labijs suis h. e. et reprehendet, vel et reprehendit qui loquitur, docet, jactat perversa dogmata, falsam, impiamque doctrinam.

ibid. Quoniam renum illius h. e. intentionum, curarum, voluntatum sapientię, vel viri sapientis.

ib. Testis est deus, h. e. objectum præsentissimum et semper assistens est deus

V. 7. Quoniam spiritus domini replevit orbem terrarum. h. e. Manifestum enimvero hoc est exemplis innumeris virorum sapientum, qui a domino identidem et continuo inspirati repleverunt passim orbem terrarum.

ibid. Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. h. e. Et orbis tantisper universus terrarum doctos passim viros habet, et vulgo eloquentes.

V 8. ~~Atque~~ Propter quod qui loquitur iniqua, non potest latere. h. e. Quapropter qui auctor esse velit impiarum doctrinarum, manifeste a lingua jam proditur.

ib. Nec præteriet illum corripiens judicium. h. e. nec effugiet illud judicium.

V 9. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. h. e in dogmatis enim perplexis, et fallaciter involutis impiorum ~~…~~ inquisitio, et examen fiet. vide Corn. a Lap.

ibid. Auditio h. e. vox

ibid. Ad correptionem iniquitatum illius. h. e Ut confutetur impia doctrina illius. Vel Ut iniquitates omnes vitę illius ostendantur et corripiantur conseq. doctrinę, vel secundum doctrinam illius, vel emanantes, et ~~…~~ consequentes doctrinam illius.

V. 10. Quoniam auris zeli audit omnia. h. e. Semper est enim vir sapiens, et zelans justitiam, quem latere non potest perversa impiorum doctrina.

ibid Et tumultus murmurationum. h. e. Et fremitus et strepitus indisciplinatus perversa instituta sectantium.

V. 11. Custodite ergo vos a murmuratione, quę nihil prodest. Et a detractione parcite linguę: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit os autem quod mentitur, occidit animam. h. e Cavete ergo ab impia, et perversa doctrina, quę passim turbas excitat, et murmura, ad nihil enim prodesse tandem poterit illius vel jactantia, vel magisterium. et nolite excipere aliquid per doctrinam vestram a sana doctrina sapientum appellatione recepta; quoniam ambiguitas, et perplexitas etiam, qua tuentur se impij jam tandem revelabitur, et doctrina impia eum fere habet finem, ut vendat in animarum perniciem.

12 Nolite zelare mortem in errore vitę vestrę, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. h. e. Nolite zelare doctrinam, quę erroris offendiculum proponat vitę vestrę in mortem, et perniciem vestram; neque id contendite, laborate, operamini, quod vos met in perditionem inducat.

13 Quoniam deus mortem non fecit, nec lętatur in perditione vivorum. h. e. Quod enim moritur homo, ipse sibi in culpa est, non deus; e cujus voluntate non est neque mors, neque perditio, neque exterminium viventium.

~~14. Sanabiles ... nationes orbis terrarum. h. e. salubres sanativas vires genitales mundi~~

14. Et sanabiles fecit nationes orbis terrarum. h. e. Fecit salubres a principio, et sanativas vires genitales mundi, puta virtutes, quas deus plantis, herbis, animalibus, hominibus etc. in earum creatione inseruit ad se propagandum, et generandum sibi simile. Vide Corn. a Lap.

ibid. Et non est in illis medicamentum exterminij. h. e. pharmacum e orta exterminans, seu venenum mortiferum ~~...~~ in illis principio, et naturaliter ante hominis peccatum non erat. Vide Corn. a Lap.

ibid. Nec inferorum regnum in terra. ~~... est Grȩca ad~~ h. e. Regium insigne umbrę mortis in terra. " Grȩca ad " verbum habent. Neque regia, vel regium insigne Orci super terram. " ~~Corn. a Lap.~~ Pro inferorum grȩce est ᾅδου " ᾅδης autem est Orcus, Pluto, tartarus, inferi. dictus ᾅδης " quasi ἀειδὴς ab α privativo, et ἰδεῖν idest videre. q. d. " locus privatus visu, idest profundus, tenebrosus, solis expers, qui ab Hebr. vocatur tsal maveth, idest umbra " mortis. Isai. C. 9. n. 2. Corn. a Lap."

V. 15. Justitia enim perpetua est, et immortalis. h. e. homo enim si in justitia permansisset, perpetuę vitę donum immortalis tenuisset.

V. 16. Impij autem manibus et verbis accersierunt illam. Nam et serpens dixit ad mulierem, et mulier illi respondit, et tulit de fructu, et comedit, deditque viro suo, qui pariter comedit in prȩvaricatione prima, unde mors emanavit Gen. C. 3.

ibid. Et ȩstimantes illam amicam. Propterea S. Paulus peccatum mulieris seductionem appellavit ad Timoth ep. 1. C. 2. 14. audivit enim futurum si peccaret: eritis sicut dij. Gen. C. 3. 5.

ibid. defluxerunt. h. e. prȩvaricati sunt.

ibid. Et sponsiones posuerunt ad illam. Persuasit enim sibi mulier futurum illud: eritis sicut dij scientes bonum et malum Gen. C. 3. 5.

ibid quoniam. h. e. quapropter.

Cap. 2.

V. 1. cum taedio. h. e. cum molestia.

ibid. Et non est refrigerium in fine hominis. h. e. et non est remedium contra mortem

V. 2. Ex nihilo nati sumus. h. e. ultro, temere, sine providentia, ex com. vitæ Corn. a Lap.

ibid. Quoniam fumus flatus est in naribus nostris. h. e. quoniam anima et spiritus non est, nisi anhelitus, quem ducimus per nares nostras, qui tamen ipse se continuo dissipat, sicut fumus. ~~naturaliter~~.

ibid. Et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum. h. e. et non nisi vis illa naturaliter sermones, quæ index est commotionis emanantis ex corde nostro.

V. 4. Per tempus. h. e. progressu temporis.

V. 5. Et non est reversio finis nostri. h. e. ex fine nostro, seu a morte.

ibid. Quoniam consignata est, ~~[illegible]~~ et nemo revertitur. h. e. quoniam vitæ certa quædam determinata et constituta consignatio, et meta est, ex qua nemo revocat pedem. Subintelligit a Lap. illis verbis: quoniam consignata est substantivum finis, est enim generis etiam fœminini, sicut apud Virg. l. 2. Æneid. v. 554 Hæc finis ~~[illegible]~~ Priami fatorum, hic exitus illum sorte tulit.

V. 6. Quæ sunt. h. e. donec sunt.

ibid. Tamquam in juventute celeriter. h. e. tam celeriter properata sollicitudine, quam celeris est ad transeundum etiam juventus.

V. 7. Et non prætereat nos flos temporis. h. e. communis voluptas cujuslibet temporis. a Lapide.

V. 8. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Hæc sententia non est in Græco, sed in Romanis, et veteris Latinis. Corn. a Lap.

V. 9. Quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors. h. e. quoniam hic fructus est vitæ nostræ, et ad hoc nati sumus.

V. 10. Veterani ~~[illegible]~~ canos multi temporis h. e. nec rationem habeamus senis, qui incanuit ex multo tempore.

V. 11. Sit autem fortitudo nostra lex justitiæ. h. e. jus et fas ducamus illud, quod vis præstare potuerit.

ibid. Quod enim infirmum est, inutile invenitur. h. e. qui enim propter infirmitatem concedit fortiori, patet injuriæ, et sua commoda non vindicat.

V. 12. Circumveniamus ergo justum. ad litteram h. e. bellum inferamus Judæo.

ibid. Quoniam inutilis est nobis. h. e. quoniam abhorret societatem et fœdera ~~[illegible]~~, communem vitæ institutionem habere notissimum.

ibid. Et contrarius est operibus nostris h. e. imo contrariis utitur moribus, operibus, institutis

ibid. Et improperat nobis peccata legis. h. e. et redarguit peccata nostra ex lege sua.

ibid. Et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. h. e. et cum infamia nostra recenset, et loquitur, quæ peccamus ex licentia disciplinæ nostræ.

V. 13. Promittit se scientiam Dei habere. ad litteram h. e. gloriatur in illo ps. 147. Annunciat (Dominus) verbum suum Jacob, justitias, et judicia sua Israel. non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.

ibid. Et filium dei se nominat. Unde in ps. 28. Afferte domino filij dei. et Oseæ C. 11. 1. Quia puer Israel et dilexi eum; et ex Ægypto vocavi filium meum.

V. 14. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. h. e. in redargutionem institutionum nostrarum.

V. 15. Et immutatæ sunt viæ ejus. h. e. et immobilis est a visis, vel institutis suis.

V. 16. Nugaces h. e. quasi quisquiliæ, et nugæ, et res nihili. Corn. a Lap.

ibid. Et præfert novissima justorum. h. e. extrema justorum [illegible] prædicat. Complut. et Valaflor apud Corn. a Lap.

ibid. Et gloriatur patrem se habere deum. Primo vero Deuteron. C. 32. 6. Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, et fecit, et creavit te.

V. 17 Et sciamus quæ erunt novissima illius. Hæc desunt in Græco. Corn. a Lap.

V. 19. Interrogemus. h. e. torqueamus.

ibid. Ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius. h. e. Ut experiamur, quid is vereatur, et periculum faciamus patientiæ illius.

V. 20. Morte turpissima condemnemus eum. Queri videtur persecutione Judæorum a Ptolemæo Lagi successore Alexandri magni in Ægypto excitatum, ex quo deinde Reges Ægypti omnes nomen acceperunt Ptolemæi, ut ante Pharaonis. Huic successit Ptolemæus Philadelphus, sub quo, ut in præfatione conjecimus ex Corn. a Lap. hunc librum scriptum fuisse. Vide [illegible] Tirin. in Chron. C. 39.

ibid. Erit enim ei respectus ex sermonibus illius. h. e. Visitabit enim, vel respiciet eum Deus, prout confidit, et loquitur. Sarcastice, et ironice hæc.

V. 21. Hæc cogitaverunt, et erraverunt. h. e. cogitaverunt stolidissime, et stultissime.

V. 22. Sacramenta h. e. consilia secreta, et arcana judicandi.

ibid. Honorem animarum sanctarum. h. e. mercedem, præmium, remunerationem justorum

V. 23. Inexterminabilem. h. e. qui posset non mori

V. 25. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. h. e. Fiunt autem solliciti auctores mortis justorum qui sunt ex parte diaboli, imitantes illum qui homicida fuit ab initio. Jo. C. 8. 44.

Nota.

Hoc capite habes, Theophile, prophetiam de Christi domini divinitate, vita, prædicatione, morte, omniumque sanctorum Patrum confessione, fide, admirandam longe pulcherrimam. Nam in sensu prophetico justus ille, de quo v. 12. legere incipis, Christum dominum exprimit manifestissime. Quod enim primo appellatur Justus, ille quidem apparuit ut peccata nostra tolleret; et peccatum autem in eo non est. 1. Jo. C. 3. 5. Circumvenerunt autem illum impij cum Matth. C. 26. 47. Judas venit et cum eo turba multa missi a principibus sacerdotum, et senioribus populi, et tenuerunt eum v. 50. Inutilem porro sibi illum Judæi judicabant cum obmurmurarent Jo. C. 11. 48. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent locum nostrum et gentem. Contrarius item erat illis, et operibus eorum, et improperabat eis peccata legis, et diffamabat in eos peccata disciplinæ eorum, cum illos increparet Matth. C. 15. 6. Et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem ves:

tram. Quod autem indignantur v. 13. promittere illum se
scientiam habere dei, et filium dei se nominare, profiteba-
tur dominus Jo. C. 7. 16. ~~doctrina~~ Mea doctrina non est
mea, sed ejus, qui misit me. Et C. 8. 54. et 55. Pater
meus glorificat me, quem vos dicitis, quia deus vester est.
Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax.
~~Manifestum est autem ex toto evangelio~~ Factum est autem,
quod queruntur v. 14., illis in traductionem cogitationem
eorum, ~~enim~~ quia opus ei non erat ut quis testimonium
perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in
homine. Jo. C. 2. 25. Hinc gravis erat illis etiam ad vi-
dendum, quoniam dissimilis erat illis vita illius etc. ~~nam~~
omnis enim qui male agit odit lucem, et non venit ad
lucem ut non arguantur opera ejus. Jo. C. 3. 20. Ipse
autem erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem
Jo. C. 1. 9. Nugaces ab illo traducebantur, quia inquit Luca
C. 16. 8. Filij hujus sæculi (hoc est homines illi qui curant
navant negotijs sæcularibus) prudentiores filijs lucis (hoc
est hominibus ijs quibus doctrinam lucis prædicabat) in
generatione sua sunt. Abstinebat se a vijs eorum tanquam
ab immunditijs, nam Matth. C. 12. 15. 13. Loquutus est ad
turbas, et ad discipulos suos secundum opera eorum no-
lite facere. Et præferebat novissima justorum, clamans
Matth. C. 10. 28. Timete eum qui potest et animam et
corpus perdere in gehennam. Illud autem v. 17 quod eni-
tra illum cogitant: Videamus ergo si sermones illius veri sint,
et tentemus quæ ventura sunt illi; et sciemus quæ erunt no-
vissima illius et ~~—~~ v. 18. Si enim est verus filius dei,
suscipiet illum, et liberabit eum de manibus contrario-
rum, quid aliud est, quam quod legimus apud Matth.
C. 27. incipiendo a v. 41. Principes sacerdotum illudentes
cum scribis et senioribus dicebant alios salvos fecit, seipsum
non potest salvum facere: si rex Israel est, descendat nunc
de cruce, et credimus ei. confidit in deo, liberet nunc
si vult eum: dixit enim quia filius dei sum. Et quod
consilium ineunt impij in Sapientia v. 20. morte turpissi-
ma condemnemus eum, non aliud hoc est quam quod illi
clamaverunt magis ac magis apud Pilatum: crucifigatur.
Matth. C. 27. 23.

Cap. 3.

V. 1. In manu Dei. h. e. in protectione Dei.
ibid. Illos. h. e. illorum animas.
ibid. Tormentum. h. e. vis, vel violentia, vel potestas.
V. 2. Insipientium. h. e. incogitantium vitam secundam, et animę immortalitatem.
ibid. Afflictio. h. e. ultimum supplicium, vel extinctio, et perditio totalis vitę. gręce enim κάκωσις, idest malitia. Corn. a Lap.
ibid. exitus illorum. h. e. transitus hinc ad meliorem vitam.
V. 3. Exterminium. h. e. expulsio totalis ex mundo et sorte omnimoda viventium. Cornelius a Lapid. ex gręco vertit confractionem, vel contritionem.
ibid. Illi autem sunt in pace. h. e. vivunt in plena securitate ab eorum iniuria.
V. 4. Et. h. e. verum.
ibid. Coram hominibus. h. e. Dum hic agerent in sęculo.
ibid. Spes illorum immortalitate plena est. h. e. tamen completa est eorum spes, quam de immortalitate habuerunt.
V. 5. In paucis vexati in multis bene disponentur. Verba hujus sententię ampliative ut dialectici dicunt, intelligenda sunt; supponunt enim pro omni tempore indefinite, nam continuantur simul et vexati, et bene disponentur in multis h. e. ad varia et amplissima pręmia, et dominus tentavit, et invenit illos dignos se; h. e. dignos quibus ipse pręmium foret; inquit enim Gen. c. 15. 1. ego merces tua magna nimis.
V. 6. Et quasi holocausti hostiam accepit illos. h. e. Et habuit tribulationem justorum gratissimam sicut holocausti hostiam, quę offertur ~~illi~~ in ~~odorem~~ suavitatis ~~suavi~~ vem odorem Domino Levit. c. 1. 9.
ibid. Et in tempore erit respectus illorum. Gręca hanc gnomen consequenti nectunt, sicque legunt: in tempore visitationis suę fulgebunt etc. Corn. a Lap.
V. 7. Fulgebunt justi, et tamquam scintillę in arundineto discurrent. ~~Cornel. a Lap. sicut stellę~~ h. e. sicut stellę, inquit Corn. a Lap. stellę enim in cęlo sunt quasi scintillę in arundineto. Sed imo fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum, uti huc alludens explicat, et testatur Christus dominus Matth. c. 13. 43.
V. 8. Judicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit dominus illorum in perpetuum. Vide Luc. c. 22. 31. et 32. h. e. Sedebunt cum Christo judice in sublimi gloria super populos judicandos, id quod Matth. c. 19. 28. et dominus illorum regnum ęternum accipiet confessione ~~...~~ eorumdem meritissime, unde illa voces in Apocal. c. 5. 12. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem et sapientiam, et omnem creaturam etc.
V. 9. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem. h. e. Fideles ejus experientur horum, quę dixi hactenus, veritatem.

ibid. Et fideles in dilectione acquiescent illi. h. e. et hac fiducia freti adhærebunt illi firmiter in dilectione ipsius et charitate.
ibid. Quoniam donum et pax est electis ejus. h. e. freti nimirum hac fiducia, quoniam electi ejus habent retributionem donorum copiosam, et vitam æternam persistentem cum abundantia pacis.
v. 10. Impii vero secundum quæ cogitaverunt, correptionem habebunt. Simile huic sententiæ est illud Sophar Naamathitis apud Job. c. 20. 18. Luet quæ fecit omnia (impius, vel hypocrita) juxta multitudinem adinventionum suarum sic et sustinebit.
v. 11. infelix est. h. e. sibi male consulit futuro infelici.
ibid. Et vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum. Nam et desiderium peccatorum peribit ps. 111. 10. et quid etiam tantisper prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Matth. c. 16. 26.
v. 12. Mulieres eorum insensatæ intelligit [illegible] [illegible] saltem h. e. adulteræ, vel [illegible], pudicitia enim maxime spectabilis est in mulieris [illegible], sive [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
v. 13. Maledicta creatura eorum [illegible]
ibid. Quoniam felix. h. e. felicior.
v. 14. Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem [illegible]
h. e. castus vir, et cælebs, et virgo.
ibid. Dabitur enim illi fidei donum electum. h. e. comparabit [illegible] [illegible] enim cogitat quæ Domini sunt. 1. Cor. [illegible] 34
[illegible] per [illegible] cum fide donum electum. [illegible]
ibid. Et sors in templo Dei acceptissima. h. e. id quod prædixit [illegible] [illegible] c. 56. v. 4. 5. [illegible] non dicat eunuchus ecce ego lignum aridum quia hæc dicit Dominus eunuchis dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius a filiis, et filiabus nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.
v. [illegible] [illegible] in æternum a [illegible]
ibid. Et quæ non concidat radix sapientiæ. [illegible] [illegible] cadere nequit radix sapientiæ. a [illegible]
v. 18. Et si celerius defuncti fuerint non habebunt spem. h. e. et si celerius defuncti fuerint, non defungentur cum spe beatæ immortalitatis.
ibid. Nec in die agnitionis allocutionem. [illegible] a [illegible] ex [illegible] [illegible] nec in die dijudicationis, vel judicii consolationem.
v. 19. Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes h. e. impiorum enim, et sobolis eorum diri sunt exitus.

Cap. 4

V. 1. O quam pulchra est casta generatio cum claritate h. e. Econtra multo melior est orbitas filiorum cum laude virtutis. Graeca exemplaria non habent exclamationem O. nec Si quam pulchra Corn. a Lapid.

Ibid. Immortalis est enim memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines. h. e. Haec enim virtutis claritas immortalitatem conciliat nominis, quoniam et Deus nobilem illam facit iudicio, et testimonio suo, et etiam homines.

V. 2. Cum praesens est, imitantur illam. h. e. Praesentem porro virtutis speciem alii homines atque alii aemulantur, atque imitantur exemplis illecti, atque attracti.

Ibid. Et desiderant eam cum se eduxerit. h. e. Desiderant autem recedentem, atque defunctam.

Ibid. Et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum praemium vincens. h. e. et perpetuae coronae praemio donata triumphat, tanquam quae legitime et sine reprehensione certamen certaverit, et vicerit.

V. 3. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis. h. e. Econtra autem innumera impiorum multitudo fructum huiusmodi, decorum, et commodum nullum recipiet.

Ibid. Et spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. h. e. Sicut spuriae et adulterinae plantae non consueverunt feliciter adolescere, nec profundas satis ponere radices. Adulterinae plantationes non dabunt radices altas convenientius dicitur quam vitulamina S. Aug. l. 2 De Doctrin. Christ. c. 12. apud Corn. a Lap.

V. 5. Confringentur enim rami inconsummati, et fructus illorum inutiles, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti. h. e. et abscindentur, vel evellentur arbores, quas minime expedit ad maturiorem aetatem conservare et quarum fructus inutiles sunt, et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti

V. 6. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitiae adversus parentes in interrogatione sua. h. e. Passim enim filii improborum incoste nati, et ex voluntate carnis praeseferunt in semetipsis quasi haeredes nequitiae parentum nequitiam parentum, si quis eos probe examinet, et attente inspiciat.

V. 7. Justus autem si morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit. h. e. Neque opponas, iustos etiam immatura forte morte praeoccupari et occumbere, nam in ipsa hac conditione immature moriendi refrigerium et pacem et requiem animi divinae voluntati in omnibus obtemperantis non amittent.

V. 8. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. h. e. Maturitas enim humanae aetatis non diuturnitate neque annis computanda est.

Ibid. Cani autem sunt sensus hominis. h. e. Virilitas autem, et aetas perfecta sensibus magis, quam canis computatur.

V. 9. Et aetas senectutis vita immaculata. h.e. Ita ut ille senectutis et laudem et fructum longe commodissimum habere videatur, qui quibuscumque annis absolvit vitae curriculum sine probro, et macula.

V. 10. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores translatus est. h.e. Qui itaque Deo placuit propter justitiam, vitamque immaculatam sanctamque actam, ita Dei dilectionem in sese expertus est, cum in medio etiam vitae curriculo a consortio peccatorum translatus, et abductus est.

V. 11. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus. h.e. Raptus est ne ignorantia, error, prava haeresis, atque opinio tenebras offunderet intellectui eius.

ibid. Et ne fictio deciperet animam illius. h.e. Et ne fraudis, iniquitatis, peccandique libido, et pravus amor umquam traheret illi in affectum cordis, et perverteret voluntatem, atque animam illius.

V. 12. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona. h.e. Lenocinium enim nugacissimarum illecebrarum pervertit bonum judicium, deperdit bona accepta.

ibid. Et inconstantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia. h.e. Et agitatio, fomes, sollicitatio, agitatio concupiscentiae, propter quam tam mirabiliter homo efficitur continuo inconstantissimus, et minime tenax suae voluntatis, transvertit a sensu suo, et vitae proposito etiam expertem malitiae, et eatenus innocentem.

13. Consummatus in brevi explevit tempora multa. h.e. Ergo Justus annorum etiam paucorum unam vitae habet perquam etiam longissimae.

14. Placita enim erat Deo anima illius. h.e. praedestinata enim ad vitam aeternam a Deo erat anima illius.

ibid. De medio iniquitatum. h.e. De mediis occasionibus, et periculis iniquitatum.

15. Populi autem videntes, et non intelligentes, nec ponentes in praecordiis talia. h.e. Imperita autem multitudo haec videns minus intelligit, nec in his peritiorem curam figit.

V. 15. Quoniam gratia Dei, et misericordia est in sanctos ejus. h.e. quoniam haec omnia disponit et facit praecipue gratia Dei, et finaliter misericordia in sanctos suos.

16. Condemnat autem justus mortuus vivos impios. h.e. Itaque comparatione sua mors praeproperata justi evincit se multo esse meliorem, quam longevitas vitae impiorum quantacumque.

17. Videbunt enim finem sapientis, et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, et quare munierit illum Dominus. h.e. Passim autem videant impii mortem [illegible] neque intelligunt consilium Dei de illo, et velut a peccati et gehennae periculo salvaverit, caverit, defenderit illum Dominus.

V. 18. Videbunt et contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. h.e. Impii et stulti videntes justum defungi sic tempore vitae, existimabunt illum sine fructu vitae curriculum excessisse; sed longe magis [illegible] ante judicium Dei, et im[illegible]

V 19. Et erunt post hæc decidentes sine honore. h.e. Nam enim ad extremum morientur et cadent illaudatissime.
ib. Et (erunt) in contumelia inter mortuos in perpetuum. h.e. Et ignominia jam mortui perpetua laborabunt.
ibd. Quoniam disrumpet illos inflatos sine voce. h.e. Quoniam Deus disrumpet illorum tumidam superbiam tanto in morte frigore, et dolore, ut præ confusione, et terrore ne hiscere quidem valeant.
ibd. Et commovebit illos a fundamentis. h.e. Et molem universam superbiæ, felicitatis, et vanitatis eorum, in qua nitebantur, funditus evertet, et dissipabit.
ibd. Et usque ad supremum desolabuntur h.e. Et a summo usque deorsum, vel penitus conterentur.
V 20. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi. h.e. Ratiocinatio, et memoria peccatorum suorum terrebit eos. Vide Corn. a Lap.
ibid. Et. h.e. etenim

Cap. 5.

V. 1 Constantia. h.e. securitate

ibid. Qui abstulerunt. Græce est qui spreverunt. Corn. a Lap.

V. 2 Videntes h.e. Qui impij cum viderint beatam sortem justorum.

ibid. Timore h.e. desperatione, vel angore.

ibid. Et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. h.e. in subita adeptione salutis justorum, qualem ~~nunquam~~ futuram in cor eorum nunquam ascendit.

V. 3. Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes. h.e. Et dicent inter se, vel vicissim dolenter vicem suam, et angustim gementes. Vide Corn. a Lap.

ibid. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperij. h.e. quos habuimus olim in objectum, vel in materiam derisionis, et in parabolam ~~vel argumentum~~ improperij, vel in argumentum nostræ dicacitatis semper cum illorum improperio et contemptu.

V. 4 Nos insensati h.e. Nos perperam de illis cogitantes, vel judicantes.

ibid. Vitam illorum existimabamus insaniam. h.e. [illegible] [illegible] dignam, velut insanorum; tales enim plerumque habentur et appellantur justi et simplices a prudenti-bus sæculi. ita principes Jehu regis de propheta ad eum unctio ab Eliseo, ajunt: Quid venit insanus iste ad te? 4. Reg. 9. Et Festus ad Paulum: insanis Paule, multæ te litteræ ad insaniam convertunt. Act. c. 26. 24. Corn. a Lap.

ibid. Et finem illorum sine honore. h.e. Et existimabamus post eorum finem nullum futurum honorem nominis, nullamque memoriam.

V. 6 Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis. h.e. Ergo aberravimus a vero, cum justitiæ institutionem ~~[illegible]~~ non sequeremur tanquam facem, quæ illuminaret, et dirigeret nos in viam veritatis. et cum qui solus dat intelligentiam Altissimus, lumen fidei suæ non revelaret nobis

V. 7 Lassati sumus in via iniquitatis, et perditionis et ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. h.e. delirantes [illegible] mentem institutionis [illegible] philosophiæ minus [illegible], ut nos duceret in [illegible] veritatis, magis autem et deduceret in perditionem, per quam anhelantes vix tandem summis laboribus veri scintillam, et particulam haurire potuimus, et cum veritatem omnem quæ ad salutem perducit possemus in via Domini sub fidei ~~[illegible]~~ regula perspicere, ac lumine, hanc ignoravimus.

V. 9 Et tanquam nuncius percurrens h.e. et tanquam verbum, rumor, sonitus pertransiens, qui momento uno evanescit, vestigium sui iam nullum relinquens. ubi nuncius non intelligitur masculine, ut sit idem quod nuncius, sive cursor, sed neutre, ut sit idem quod nuncium; græce est enim ἀγγελία idest annunciatio, nuntium, rumor, fama. Corn. a Lap.

V. 11 Significationem itineris h.e. signum, vel vestigium [illegible]

ibid. Sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum h.e. sed tantum facit sonitum ab alis dum commota leviter verberat aerem, et ciet ventum.

ibid. Et nascentes h. e. et dum nascit.
V. 13. In malignitate autem nostra consumpti sumus. Mali:
gnitatis vel malitiæ vox ut vertit Cornel. a Græco, signifi:
care h. l. potest non modo nequitiam, sed etiam inutili:
tatem, otiositatem a bonis operibus, et eam fere vanitatem
quam in humanis actionibus redarguit Ecclesiastes. Itaque
h. e. In ignavia, socordia, vanitate, otiositate, vanitate
a bonis operibus præterijt et consumpta est vita nostra.
V. 15. Lanugo. Ex græca lectione, quæ hodie fertur communi:
ter, verteris pulvis, non lanugo. Corn. a Lap.
V. 16. Cogitatio. h. e. cura.
" 17 Regnum decoris. h. e. Regnum præclarum. Vatabl. apud Corn. a Lap.
ibid. Et diadema speciei h. e. diadema speciosum.
ibid. Quoniam dextera sua teget eos, et brachio sancto suo defen:
det illos. Subintellige, ut accipiant regnum, et diadema etc.
nisi malis h. e. ulum dominus dextera sua tegerit eos,
et postquam brachio suo defenderit illos.
V. 18. Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad
ultionem inimicorum. h. e. Armabitur dominus universo zelo
suo, et proferet de vi universæ creaturæ arma et tela ad
ultionem inimicorum.
V. 19. Induet pro thorace justitiam. h. e. Speciem justitiæ profe:
ret dominus in judicando universum, quasi qui thoracem
induit pectus opertus, et armatus.
ibid. Et assumet pro galea judicium certum. h. e. Et definiet
judicium certum et immobile ex sapientia sua, qua firmat
judicia sua contra omnium reprehensiones, veluti qui galea
confirmat, tegit, et munit caput contra hostium ictus in
die belli.
V. 20. Sumet scutum inexpugnabile æquitatem h. e. Et erit
inexpugnabilis, h. e. irreprehensibilis in iis, quæ judicave:
rit propter æquitatem, ad quam judicia sua dirigit, sicut
fortis, qui scuto se protegit.
V. 21. Acuet autem duram ~~suam~~ iram in lanceam. h. e. Ira
autem effundet ictus ab illo, quasi duræ, diræque lanceæ.
ibid. Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.
h. e. Et ministros furoris, et veluti satellites suos assumet
creaturas orbis totius, quæ circa terras est, ut expugnet, et
puniat incredulos. Sunt enim Insensati, qui erraverunt
iudicantes de justis, et ipsis, aberrantes a vero, non requi:
sierunt semitam justitiæ, et quibus divinæ revelationis et fidei
non resplenduit lumen, veluti supra dictum est ad v. 4 et 6.
V. 22. Ibunt directe emissiones fulgurum, et tamquam a
bene curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad cer:
tum locum insilient. h. e. Immittet dominus in insen:
satos, incredulos, et impios directe fulgura tamquam
sagittarius certus, et fulgura tamquam ex contempla:
to termino depluent in illos a nubibus, velut a bene
curvato arcu, et certa impiorum pectora sine errore
ferient.
V. 23 Et a petrosa ira plenæ mittentur grandines. h. e.
Et densæ grandines mittentur ab ira illius duræ velut
petræ.
ibid. Excandescat in illos aqua maris. h. e. Magno æstu, im:
petu, et furore in impios perstrepet, et excandescet aqua
maris. Corn. a Lap.

ibid. Et flumina concurrent duriter. h. e. Et flumina in illorum perniciem inundabunt profuse, et praecipitanter.

V. 24. Contra illos stabit spiritus virtutis. h. e. Contra illos flabit ventus vehementer, et impetenter.

ibid. Et tamquam turbo venti dividet illos. h. e. et ventus ~~adeo~~ adeo turbinans et furens eventilabit, et fugabit illos.

ibid. Et ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum. h. e. et illorum iniquitas in desolationem convertet omnem terram illorum.

ibid. Et malignitas evertet sedes potentium. h. e. et evertentur adeo opes fundatissimae potentium propter nequitiam eorum.

Cap. 6.

V. 3 Continetis. Subest vestro imperio, et gubernatione, seu regno. Corn. a Lap.
ibid. Placetis vobis. h. e. gloriamini.
V. 4. Interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. h. e. judicabit opera vestra, et examinabit consilia et judicia vestra.
V. 5. Legem justitiæ. h. e. jus, vel justitiam legum.
V. 6. Cito. Mihi omnino videtur h. ee. repente, et improviso vel subito, ut valeat idem ac Luc. C. 12. 40. qua hora non putatis.
V. 7. Exiguo enim conceditur misericordia. h. e. Minimus enim veniabilis est, vel dignus venia. Ita ex Græco Corn. a Lap.
ibid. Potentes autem potenter tormenta patientur. h. e. qui autem in potestate sunt positi judicabuntur secundum rationem potestatis, qua usi vel abusi fuerint.
V. 8. Subtrahet personam cujusquam. h. e. eximet a judicio suo personam cujusquam.
V. 9 Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Græce h. e. Fortibus, vel potentibus valida incumbit examinatio. Est metonymia et metalepsis; ponitur enim causa pro effectu, et antecedens pro consequentibus. Corn. a Lap.
V. 10 Et non excidatis. Subintell. a sapientiæ norma, vel gradu.
V. 11. Qui enim custodierint justa juste, justificabuntur. h. e. Qui judicaverit secundum sanctiones justitiæ, et cum zelo justitiæ, premium ipse justitiæ suæ a domino consequetur.
ibid. Et qui didicerint ista, invenient quid respondeant. h. e. et qui fuerint his præceptionibus callide, optimeque instituti paratum habebunt ad bene sperandum cor in judicio finali.
V. 12 Concupiscite ergo sermones meos h. e. Magna affectione, et aviditate animo amplectimini, arripite sermones meos.
ibid. Diligite illos, et habebitis disciplinam. h. e. amate illos prona cum voluntate, gustu, delectatione, libidine pia, voluptate et acquiretis morum compositionem, vel institutionem perfectam.
V. 13 Clara est, et quæ numquam marcescit sapientia h. e. Elucet per se ipsam, et sua met specie innotescit, et manifeste patet sapientia, nec ullo fuco vel errore ~~aut~~ obscuratur, contaminatur, corrumpitur.
ibid. Et facile videtur ab his qui diligunt eam, et invenitur ab his qui quærunt illam. h. e. Quæque adeo comparandæ ratio facilis est, si ~~modo~~ ames illam, et perexpedita si naves illam
V. 14. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat h. e. Magnum facit in sapientia progressum qui vel solum instituit desiderare illam, magna enim hæc ipsa sapientiæ pars est, si diligas, et concupiscas sapientiam.
V. 15 Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit. h. e. Qui prompto sollicitoque animo quæsiverit illam, non frustra faciet.
ibid. Assidentem enim illam foribus suis inveniet. h. e. ubique enim occasiones illi occurrent, et aderunt illius exercendæ, et colendæ.
V. 16. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus. Pro cogitare Græce est cogitavit. Corn. a Lap. id e. Qui ergo diluculo illam quæsivit, habebit sensus perfectos, et intelligentiam expertissimam.
ibid. Et qui vigilaverit propter illam cito securus erit. h. e. Et qui incubuerit in illam comparandam, animum eruditum, constantem, excelsum, invictum, loco immobilem, et securum ab omni improviso et fortuito casu habebit.

V. 17. Quoniam dignos se ipsa circuit quaerens, et in viis osten-
dit se illis hilariter, et in omni providentia occurrit illis.
Pro in omni providentia nonnulli legunt in omni prudentia
Cornel. a Lap. h. e. Quoniam idoneos ad sapientiam, vel
praeditos sapientiae indoles ipsa circumeuntes ostendit
et facit dignosci, et connotari; et in viis euntes exhibet
obvios salutatores hilares, et amicos illis, et ex omni-
um consilio, judicio, testimonio, expectatione sem-
per occurrit ad invitandum et periclitandum illos.
Vel potius: Quoniam idoneos ad sapientiam nullibi de-
est qui requirat, et passim adest, qui excipiat tales ma-
gna voluntate, atque animo, et provideat illi de omni-
bus auxiliis.

V. 18. Initium enim illius verissima est disciplinae concu-
piscentia. h. e. Principium autem, prima institutio et
fundamentum illius cupiditate, et inflammato deside-
rio ejusdem continetur.

V. 19. Cura ergo disciplinae dilectio est. et dilectio custodia
legum illius est: custoditio autem legum consummatio
incorruptionis est. ~~ergo~~ ergo graece est autem ut gra-
"datio incipiat v. praecedenti. Corn. a Lap. ut sit sensus.
Fundamentum et institutum sapientiae primum est ~~desi~~
~~derare sapientiam~~ disciplinae concupiscentia: concupi-
scentia disciplinae parit curam ejus, cura dilectionem,
dilectio confirmat in praxi praeceptorum illius; obser-
vantia autem perfecta legum sapientiae habitum
inducit animo ita bene haerentem, qui violari nun-
quam nec labefactari potest.

V. 20. Incorruptio autem facit esse proximum Deo. h. e. In-
tegritas haec autem facit hominem similem Deo per gratiam,
et sanctitatem; eademque faciet Deo similem in caelo per
immortalitatem, et gloriam ~~Corn. a~~ juxta illud: cum ap-
paruerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum. 1. Jo.
c. 3. 2. Corn. a Lap.

V. 23. Diligite lumen sapientiae omnes qui praeestis popu-
lis. "Haec "gnome non est in Graecis codicibus, sed Latinus
"omnibus." Corn. a Lap. h. e. Solliciti sitis, ut praeferatis
lumen sapientiae omnes, qui praeestis populis.

V. 24. Et quemadmodum facta sit Graece γέγονε id est
orta sit. Corn. a Lap.

ibid. Sacramenta "graece mysteria, et hi Dei non est in
"Graeco sed intelligitur. Mysteria enim praegnantia
"Dei, praesertim origo sapientiae." Corn. a Lap.

ibid. Nativitatis. h. e. originis.

ibid. Ponam in lucem h. e. proponam palam

ibid. Et non praeteribo veritatem. h. e. et non parcam
veritati. Corn. a Lap.

Cap. 7.

v. 1. Ex genere terreni illius. h.e. Adami.
ibid. Et in ventre matris figuratus sum caro. h.e. et in ventre
matris factus sum caro cum dispositione et figura.
v. 2. Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine.
Optimi enim et perfectissimi nascendi fines homini novem
vel decem mensibus terminantur, inquit Corn. a Lap.
ex Arist. l. 7. hist. animal. c. 4. et Plin. l. 7. c. 5.
ibid. In sanguine. subintell. materno. Matris enim semen
rubeum est, ac potius sanguis videtur, quam semen, ut
patet ex ejus residuo sanguine menstruo. Corn. a Lap.
ibid. Ex semine hominis, et delectamento somni convenienti.
h.e. conveniente, concurrente, adhibito, conjuncto ~~semine~~
semine viri cum delectatione vel voluptate quae venit
cum somno.
v. 3. Accepi. Graece Attraxi. Corn. a Lap. vel hausi.
ibid. Et in similiter factam decidi terram. "Graece id est "si:
"militer, vel similia passam ut vertit Pagninus, Arias,
"et Jovinus, h.e. similibus passionibus, qualitatibus, in:
"commodis obnoxiam." Corn. a Lap.
ibid. Plorans. Graece id est vagiens. Corn. a Lap.
v. 4. In involumentis. Graece id est in fasciis, et involucris
infantilibus. Corn. a Lap.
ibid. Et curis magnis. "Illo magnis jam non est in Graeco. Per:
"peram P. Nannius pro curis legit cunis." Corn. a Lap.
h.e. Nutritus sum cum sollicitudine nutrientium.
v. 5. Unus. h.e. similis.
v. 7. Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus. " Propter
" hoc scilicet quod viderem me ex naturae primordiis ce:
" teris nihilo meliorem, optavi, concepi votum, quo me
" ratione excellentiorem efficerem; et datus est mihi sen:
" sus, intelligentia, scientia, prudentia. Corn. a Lap. ex
Pineda l. 1. de Rebus Salom. c. 12.
ibid. Optavi. Graece est oravi, supplicavi, votum concepi. Corn. a Lap.
ibid. Sensus. "Ut scilicet in omnibus sensate, sapienter, et
" honeste me gererem." Corn. a Lap.
v. 8. Regnis et sedibus. "Graece sceptris et thronis, quae regis,
" et regni sunt insignia." Corn. a Lap.
v. 10. Super salutem et speciem. h.e. super sanitatem, et
formam, vel pulchritudinem vertit Corn. a Lap. ex Graeco
ibid. Pro luce. h.e. instar lucis. Corn. a Lap.
ibid. Quoniam inextinguibile est lumen ejus. h.e. quoniam
ad omnia usum habet lumen ejus.
v. 11. Et innumerabilis honestas per manus illius. Graece est
πλοῦτος idest opes divitiae. Corn. a Lap. per illam.
v. 12. Et laetatus sum in omnibus, quoniam antecedebat
me ista sapientia. h.e. et habui me alacrem, et bene
praeparatum ad omnia, quoniam duce utebar sapientia.
ibid. Et ignorabam quoniam horum omnium mater est.
"Illud Quod ait, ignorabam, intellige antequam eam, ejus:
"que dotes plane perspectas haberem, et experientia cogno:
"vissem." Corn. a Lap. h.e. et tamen aliquando igno:
raveram, vel nec tamen unquam sperare ausus fuissem

v. 13. Quam sine fictione didici. h. e. Quam sincere et
vero amore, peramanter didici
ibid. Et sine invidia communico. h. e. et eadem sinceri=
tate, atque amore communico.
ibid. Et honestatem illius non abscondo. Græce est et di=
vitias. Corn. a Lap.
v. 14. Infinitus enim thesaurus est hominibus. Græce est
indeficiens, vel inexhaustus, Corn. a Lap.
ibid. Participes facti sunt amicitiæ dei. Vatabl. apud
Corn. a Lap. amicitiam cum Deo junxerunt.
ibid. Propter disciplinæ dona commendati. h. e. propter
ea quæ ex bona disciplina emanant bona, quæque
donat disciplina, commendati.
v. 15. Mihi autem dedit deus dicere ex sententia et præ=
sumere digna horum quæ mihi dantur. h. e. Porro
Deus mihi donavit posse auctorem fieri, et docere
digna his donis sapientiæ, quæ continuo mihi de=
fert, prout præmeditor, vel præconcipio mente.
ibid. Quoniam ipse sapientiæ dux est. h. e. primus
sapientiæ magister.
ibid. Et sapientium emendator. h. e. moderator, re=
prehensor etiam, et præceptor.
v. 16. In manu illius et nos et. h. e. sunt, vel pen=
dent ab auctoritate prima illius et nos et nostra et.
ib. Omnis sapientia, et operum scientia, et disciplina.
h. e. omnis speculativa scientia, omnis ars, et mo=
ralis institutio.
v. 17. Horum quæ sunt. h. e. entium, vel existentium.
Corn. a Lap. ex Græco.
ibid. Ut sciam dispositionem orbis terrarum. Græce mun=
di constitutionem, vel constructionem (Corn. a Lap.) ut
agnoscere valeam.
ibid. Et virtutes elementorum. h. e. et vim primorum
vel principiorum vel corporum unde sunt omnia.
v. 18. Initium, et consummationem et medietatem tempo=
rum, vicissitudinum permutationes, et commutatio=
nes temporum. h. e. Unde, vel ex quo sidere, vel
signo incipiant anni, dies, et menses; quo, qua=
lique signo, situ, loco, sede cœli medium cursum
teneant, quo item peragant, et absolvant totum,
unde orbis terrarum permutantur vices, simul cum
commutatione temporum.
v. 19. Anni cursus, et stellarum dispositiones. h. e.
permutantur enim anni cursus juxta stellarum
dispositiones.
v. 20. Naturas animalium, et iras bestiarum, vim
ventorum, et cogitationes hominum. h. e. Specifi=
cas differentias, et formas animalium, vires, potentias
que sensitivas bestiarum, vim operativam ventorum
et eminentiam super omnia ejusmodi quam tenent
cogitationes hominum informatæ ratione.

V. 21. Et quæcumque sunt absconsa, et improvisa didici. h.e. Et quæcumque vulgo et sine studio ignorantur, et quæ minime sunt pervia visui, didici.
ibid. Omnium enim artifex docuit me sapientia. h.e. adhibui enim et admovi his omnibus artem, ut docerer et discerem ex ista sapientia, vel juxta hanc sapientiam, et normam ac leges, ejus institutaque ejus.
V. 22. Est enim in illa spiritus intelligentiæ. h.e. Comparatur enim per illam spiritus intelligens.
ibid. Sanctus. h.e. cujus prima institutio est sanctitas et dei timor.
ibid. Unicus, multiplex. h.e. ad concordiam, et unionem principiorum omnia scita dirigens.
ibid. Subtilis, disertus. h.e. acute investigans, et diserte, vel dilucide exponens.
ibid. mobilis. h.e. omnibus se accommodans juxta exigentiam et captum discentium, et rerum.
ibid. Incoinquinatus, certus. h.e. Inconfusus, incommixtus, minime implicatus, et certo ordine, via, methodo a principijs ad conclusiones procedens.
ibid. Suavis, amans bonum. h.e. modestus etiam, et benevolus, vel amicabilis.
ibid. Acutus, quem nihil vetat, benefaciens. h.e. Acute acriter, funditus, penitus res intelligens, quem nulla difficultas impedit a progressu, qui omnia cœpta feliciter implet.
V. 23. Humanus, benignus. Græce est una vox φιλάν-θρωπος, idest hominum amator. v. Corn. a Lap.
ibid. Stabilis, certus, securus. h.e. suis institutis sum mentis tum manus firmiter innixus, illis hærens, tranquillus animi, sine cura, tristique sollicitudine.
ibid. Omnem habens virtutem. Græce omnipotens. Corn. a Lap. h.e. ad omnia idoneus.
ibid. Omnia prospiciens. h.e. nihil prætermittens inconsideratum.
ibid. Et qui capiat omnes spiritus. h.e. Et qui omnium consilia, et mentes facile investiget, et cognoscat.
ibid. Intelligibilis, mundus, subtilis. h.e. habet enim vim per sese intelligendi perspicacem, habet ordinem considerandi pure, dilucideque, vel methodum ratiocinationis perspicuam; habet hinc inferendi vim subtiliter, et concludendi certa argumentatione.
V. 24. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. h.e. Omni enim vi movente et agente efficacior est sapientia.
ibid. attingit autem ubique propter suam munditiam. h.e. Penetrat enim omnia cum sua face scientiæ. Vide Corn. a Lap.
V. 25. Vapor est enim virtutis dei. h.e. participatio est enim virtutis dei.
ibid. Et emanatio quædam est omnipotentis claritatis dei sincera. Græce id est, limpidus omnipotentis gloriæ rivus, inquit Corn. a Lap.
ibid. Et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. h.e. Et ideo abstinet omnem et errorem, et labem, et errandi et peccandi omnem causam.

V. 26. Candor est enim lucis æternæ h.e. Veritas enim abstractiva sapientiæ est veritas æterna

Ibid. Et speculum sine macula Dei majestatis h.e. Et quasi imago quædam ejus veritatis, quæ in intellectu Dei optimi maximi effulget quasi in speculo expressa.

Ibid. Et imago bonitatis illius. h.e. Et imago naturæ, vel intelligentiæ illius, cum maxime per actum intelligendi Thomistæ definiant primo Dei essentiam.

V. 27. Et cum sit una omnia potest. Vide supra v. 22. velut explicaverim tò unicus, et v. 23. illa: omnem habens virtutem.

Ibid. Et in se permanens omnia innovat. h.e. Et stabilis in suis principijs, novis semper et præclaris inventis ~~[illegible]~~ laudatur.

Ibid. Et per nationes in animas sanctas se transfert. h.e. Et per generationes, vel ætates singulas a sanctis hominibus excipitur et colitur.

Ibid. Amicos Dei, et prophetas constituit. h.e. unde ~~[illegible]~~ succedunt identidem, et florent amici Dei, et prophetæ.

V. 28. Qui cum sapientia inhabitat h.e. qui cum sapientia tanquam cum uxore in connubio sancto vivit. Ita fere Corn. a Lap. ex Lyrano

V. 30. Sapientiam autem non vincit malitia. h.e. Sapientia non est obnoxia furti, corruptioni, vel extinctioni.

Hæc ita in hoc Caput ad litteram. Si mystice vel eminenter translata velis, nemo ex alijs omnibus tibi non occurrerit interpres

Cap. 8.

V. 1. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. h. e. Itaque sapientia latissime patet a principio sæculorum ad exitum, a summo cælorum usque ad abyssum, contemplabilis a principio cujusque actionis præclare suscipiendæ ad perfectum atque felicem successum illius, vi illa sua, quæ paulo ante descripta est c. 7. v. 23. stabili, certa, secura, habente omnem virtutem, omnia prospiciente, et capiente omnes spiritus, et cum fortissime adeo assequatur omnia, id hac tamen tanta ejus fortitudine suavitas mirifica est propter ordinem, quo cuncta vel disponit, vel disposita contemplatur, propter sanctitatem, philantropiam, sive hominum charitatem, beneficentiam, et charitatem. præc. c. 6. v. 22. et 23.

V. 2. a juventute mea. h. e. a puero. Corn. a Lap.

ibid. Et quæsivi sponsam mihi eam assumere. h. e versari semper amantissime in meditatione sapientiæ ad eum modum quo perennis usus et conversatio est cum sponsa lectissima. Vel potius: Quæsivi illam tanto studio, quanto non cum amore nova sponsa assumitur, vel diligitur.

ibid. Et amator eis. h. e. adeo amator eis.

V. 3. Generositatem illius glorificat contubernium habens dei. h. e. Genere illa tam excelso præstare gloriatur, ut familiaris sit, et amica ipsi deo.

ibid. Sed et omnium dominus dilexit illam. h. e. Immo vero ipse omnium dominus dilexit illam, et immo continuo diligit.

V. 4. Doctrix enim est disciplinæ dei, et electrix operum illius. h. e. a Cornel. a Lap. [illegible] Doctrix Græce est [illegible] μύστις, idest secretaria, eo: nomine, idest secretorum dei conscia, et [illegible] secretaria, eorundemque revelatrix, et doctrix, quæ scilicet novit arcana dei, et ea revelat.

ibid. Et electrix operum ejus. h. e. consideratrix, vel investigatrix.

V. 6. Si autem sensus operatur, quis horum quæ sunt magis quam illa est artifex? h. e. si autem scientia operæ pretium est, vel appetitur, quid est ex omnibus rebus, quod ad eam rem magis prosit, quam illa quæ omnes habet calliditatis partes, et artes.

V. 7. Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes. sobrietatem enim, et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. h. e. Et si [illegible] diligit, [illegible] aliquis esse generaliter justus, partes et [illegible] [illegible] hujus sapientiæ conferunt plurimum ad eam rem. [illegible] [illegible] enim [illegible] nominibus [illegible] interpres quatuor illas virtutes, quæ maxime in ore Philosophorum esse adsolent, [illegible] [illegible] prudentiæ imponens nomen sapientiam, fortitudinem vero virtutis vocabulo [illegible] nominavit, sobrietatem appellans temperantiam, [illegible] interpretatus est. Has autem quatuor virtutes in eodem libro Sap. omnes suis nominibus appellatas [illegible] solam justitiam [illegible] interpretatus est [illegible] longe postea reperimus in [illegible] [illegible] Græco. S. Aug. [illegible] [illegible]

V. 8. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, et de futuris æstimat, scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum: ~~[illegible]~~ ~~[illegible] et eventus temporum, et sæculorum~~

ibid. ~~signa et monstra [illegible] [illegible]~~ ~~[illegible] et [illegible]~~ signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum, et sæculorum.. h. e. Et multiplicem si scientiam, variamque quis piam desiderat, continentur uno ambitu et nomine sapientiæ et eruditio præteritorum temporum, et prudentia conjiciendi de futuris, et interpretatio sermonum difficilium, et dissolutio ænigmatum, et paralogismorum, et

præcognito ex mathesi, et signis meteorologicis ac pro:
gnosticis) pluviarum, tempestatum, eclipsium, sterili:
tatum, fertilitatum, æstus, frigoris, ventorum, pestis
morborum, sanitatum, et per singularia tempora, et per
diuturniora sæcula.
V. 9. Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum etc.
persistit in eadem allegoria, unde quæsivit sponsam
sibi eam assumere etc. v. 2.
ib. de bonis. h. e. bona.
ibid. Et erit allocutio cogitationis, et tædij mei. h. e. et
alloquetur meam in sollicitudine, et tædio meo, vel
clarius, et præbebit materiam meditationis solatium
mihi ~~h~~ colloquenti mecum ipso in tempore sollici:
tudinis et tædij.
V. 10. Claritatem h. e. celebritatem.
ibid. Honorem. h. e. pretium, existimationem inclytam. Corn. a Lap.
V. 11. Potentium. Græce dynastarum. Corn. a Lap.
~~Et facies princ~~
ibid. Et facies principum admirabuntur me. Corn. a Lap.
" Ultima hæc pars deest in Græco."
V. 12. Tacentem me sustinebunt. h. e. expectabunt ut loquar. Corn.
ibid. Et loquentem me respicient h. e. loquenti attendent. Corn. ex Græc.
ibid. Et sermocinante me plura, manus suas ori imponent.
Subint. ut Corn. a Lap. veluti silentium sibi indicentes
" me attente auscultabunt præ voluptate, et admiratione
" mearum sententiarum."
V. 13. Immortalitatem. subintell. nominis.
V. 14. Disponam populos, et nationes mihi erunt subditæ.
h. e. administrabo et regam populos singulos, et nationes, vel provincias
~~tionum~~ universitatem populorum multorum suo am:
bitu, et communibus continentes.
V. 15. Reges horrendi h. e. assueti timeri.
ibid. In multitudine ~~h. e. in~~ videbor bonus. h. e. In con:
gregatione pacifica ostendam me benignum et clementem.
V. 16. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. h.
e. In otio solitario meo meditabor illam.
ibid. Non enim habet amaritudinem conversatio illius. h. e.
dulcis est enim usus illius.
ibid. Nec tædium (habet) convictus illius, sed lætitiam et
gaudium. h. e. Nec delassat exercitatio illius, sed
confirmat ad ulteriorem experientiam cum voluptate.
~~V. 17. Hæc cogitans apud me, et commemorans etc. h. e. cogi~~
~~tans~~ ~~hæc cogito apud me, et commemoro, Hebraismus~~
~~est utens~~ participium pro verbo temporis præ:
~~sentis~~
ibid. Quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ
h. e. in usu familiari sapientiæ tanquam sponsæ. Per:
sistit enim in instituta metaphora.
V. 18. Et in operibus manuum illius honestas sine defectione.
h. e. Et in operibus juxta illam perfectis divitiæ et
gloria indeficiens.
ibid. Et in certamine loquelæ illius sapientia. h. e.
Et in exercitatione colloquendi erudite calliditas perfecta.
ibid. Et præclaritas in communicatione sermonum
illius. h. e. Et celebritas, vel laus in communi:
canda doctrina illius.

V. 19. Animam bonam. h. e. ingenium ad studia sapientiæ idoneum, et bene præparatum.
V. 20. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. h. e. Et cum esset anima mea egregie bona, corpus etiam complexa est, convenitque optime complexum, et organo suo toto perfecte comparatum.
V. 21. Continens. h. e. Voti compos. Sic Lorin. ex Græco.

Cap. 9.

V. 1. Fecisti omnia verbo tuo. Enimvero ipse dixit et facta sunt. ps. 32. 9
V. 3. Ut disponat. h. e. regat, vel gubernet.
ibid. in directione cordis. h. e. cum recta ratione.
V. 4. Et noli me reprobare a pueris tuis. h. e. Noli me non esse unum vel famulorum vel filiorum tuorum, quibus donasti largiter sapientiam.
V. 5. Et minor ad intellectum judicii et legum. h. e. et minus sufficiens per memet ad intelligendum, quid judicare conveniat, vel sancire ex lege.
V. 6. In nihilum computabitur. h. e. insufficiens per se reperietur.
V. 8. Et dixisti me ædificare templum etc. Nimirum per Nathan prophetam ad David Patrem Salomonis 2 Reg. 7.
ibid. [illegible] simulitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio. h. e. templum cum altari ad imitationem et eam dispositione, atque ordine, ac modo tabernaculi sancti tui, cujus ideam, et normam Mosi tu ipse in Sina ostendisti
Exod. c. 25. et 26.
ibid. Quod præparasti ab initio. h. e. quod imperasti construi tibi, et cujus modum, exemplar, et formam ostendisti olim ut inserviret, atque usui esset elapsis temporibus.
V. 9. Et tecum sapientia tua etc. Amplificat quasi per rationem verba novissima v. præcedentis: quod præparasti ab initio confitendo et laudando sapientiam dei: et tecum etc. h. e. eterna tecum etc. Porro hæc sapientia dei ad litteram, atque adeo sine ulla translatione ad mysticum vel eminentiorem rationem et filius dei, verbumque adeo illud, quod erat in principio

apud Deum, et per quem omnia facta sunt. Jo. C. 1
Ibid. Et sciebat, quid esset placitum oculis tuis et quid directum in præceptis tuis h. e. Et sciebat, quid obsecundaret ideam mentis tuæ, et quid fieri deberet juxta normam voluntate tua præfinitam.
Esse etiam hujus versiculi, qui præcessit cum sententia subsequentis hæc paraphrasis: Et quandoquidem tecum semper est, utpote semper assistit tua sapientia, quæ novit opera tua, quæ et affuit tunc, cum orbem terrarum faceres, et sciebat, quid esset placitum oculis tuis, quid obsecundaret effectu ideam mentis tuæ, et quid velles fieri; mitte illam etc.
V. 10. Mitte illam de cælis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tuæ. " Græce, et a throno gloriæ tuæ mitte illam. Tò enim mitte repetit, ut ardorem desiderii significaret. Corn. a Lap.
Mitte illam ad literam est mitte lumen ab illa, ponit enimvero metonymice causam pro effectu.
Ibid. Ut mecum sit, et mecum laboret, et sciam quid acceptum sit apud te. Græce, ut simul præsens, vel assistens mihi laboret, id est mecum laboret vel collaboret, ut legit Cantacuzenus. " Corn. a Lap. h. e. ut mihi assistat, et adjuvet laborem meum, et auxilio illius atque lumine sciam, quid sit voluntatis tuæ.
V. 11. Scit enim illa omnia, et intelligit. h. e. Potest illa enim facere, ut sciam omnia, et intelligam.
Ibid. Et deducet me in operibus meis sobrie h. e. et diriget me in operibus meis cum ratione, regula, et modo.
Ibid. Et custodiet me in sua potentia. " Græce in sua gloria, id est grandem potentiam. Nam ut ait Sallust. proem. in Catil. in maxima imperio maxima est gloria. Corn. a Lap.
In est in textu idem ac per, vel cum instrumenti, vel propter.
V. 12. Et erunt accepta. Subintell. Deo et hominibus. Corn. a Lap.
Ibid. Disponam. h. e. dijudicabo. Corn. a Lap. ex Græco.
Ibid. Sedium. Corn. a Lap. " Græce thronorum. Sedes sive throni in plurali notant multas provincias, et judiciorum tribunalia, quibus per suos judices, et præfectos præsidebat Salomon.
V. 13. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? Aut quis cogitare poterit quid velit Deus? Tacite ad orationem, quam instituit h. Salomon h. e. Quis enim regnum vel judicium nisi sapientia Dei illum adjuvet, scire et dijudicare in populis ita poterit, velut si consiliatorem habeat Deum? Aut quis se solo tantæ mentis, atque ingenii est ut norit divinam voluntatem, inspirante Deo non juvante? " Habes proinde textus syn. ecdochen generis pro specie, et universitatis pro particulari.
V. 14. Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ providentiæ nostræ. h. e. Cogitationes enim hominum trepidæ, infirmæ, atque imbecilles sunt, et periculi plena prudentia nostra. Vide Corn. a Lap.

11. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena
inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. h. e. Corpus
enim hoc corruptibile coercet atque impedit vim animæ;
et dum in his terris eam defigit, et detinet incolam
cogit per sensum varia semper et cum anxiitate multi-
plicique formidine cogitare.
~~v. 17. Et miseris Spiritum Sanctum tuum~~ de Altissimis.
v. 17. Sensum autem tuum quis sciet. „ Pro sensum græce est
„ βουλὴν id est consilium mentem voluntatem. Pro sciet
„ græce est præteritum scivit. S. Cyprian. de singul. Cle-
„ ricor. legit scit. per præteritum enim cetera tempora
„ idendant, putà præsens, et futurum. Corn. a Lapide. h. e.
Quis enim scire potest juxta eam prudentiam, et sapienti-
am, quæ tuum donum est, nisi et.
ibid. Et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. h. e.
Et miseris donum intelligentiæ, quo sancte animetur, di-
rigatur et moveatur de thesauro sancto gratiæ tuæ.
v. 18. Et sic correctæ sint semitæ eorum, qui sunt in terris.
h. e. et sic rectæ instituantur mores et vitæ hominum
agentium in terris. ~~S. Cypri. Directæ~~ „ Pro correctæ
„ S. Cyprian. de sing. Cleric. legit directæ. „ Corn. a Lap.
v. 19. Sanati sunt. Corn. a Lap. „ Græce id est servati, vel
„ salvati sunt, hoc est liberati sunt a periculis mortis tum
„ corporis tum animæ. Unde horum exempla deinceps recenset
„ usque ad finem libri. Quocirca ab hoc versu caput decimum
„ inchoant nonnulli. Simili modo Sapientem imitatus S. Pau-
„ lus Hebr. 11. toto capite probat omnes, qui ab origine mundi
„ salvati sunt, per fidem fuisse salvatos. „.

Cap. 10.

V. 1. Hæc illum qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit. H.e. hanc sapientiam habuit Adamus primus hominum formatus ipso opifice Deo, ex quo generarentur nationes orbis terrarum; et in primæva illa solitudine affuit illi quasi sodalis et amica ~~optima~~ ipsum ~~custod~~ fideliter custodiens, muniens, et præparans opportune ad omnia, quæcumque opus essent.

V. 2. Et eduxit illum a delicto suo, ~~et dedit illi virtutem continendi omnia~~ Syrus apud Corn. a Lap. liberavit eum a culpa animæ suæ. h. e. utmox cum peccasset, adjuvit eum ut extraheretur, imo et extraxit a delicto suo.

ibid. Et dedit illi virtutem continendi omnia. Corn. a Lap. "scilicet suo dominio, et imperio; nam græce "id est dominandi omnibus juxta illud Gen. c. 1. 28 "dominamini piscibus maris, et volatilibus cæli, et "universis animantibus, quæ moventur super terram.

V. 3. Ab hac ut recessit injustus in ira sua, per iram homicidii fraterni deperiit. h.e. Sapientiam hanc cum reliquit Cain peccans iracundiam, ~~apostata~~ decidit, deperiit, apostata est a sapientia iram suam et furorem complens, atque consummans cæde fratris. Vide Gen. 4. 7.

Adverte hoc capite ~~quoniam~~ et deinceps, quoniam Sapientia laudatur universim ab effectis suis, ita etiam facta hominum variorum ita recenseri, tamquam semper, vel deinde sint Justi scilicet, et Injusti, genere hominum universim conceptu pro individuis ejus naturæ.

V. 4. Propter quem cum aqua deleret terram h.e. propter hominem generatim injustum, qui constitutus est in lemmate v. præcedentis quasi objectum pro virili sua subsequentis orationis. Si proprie et peculiariter accipias, propter quem est propter Cain et sobolem ejus.

ibid. Sanavit iterum sapientia, per contemptibile lignum justum gubernans. h.e. Innocentia vitæ, mentis prudentia, in Deum fides, quæ fuit Noe sapientia, post Caini ~~...~~ ruinas et interitum iterum salvavit humanum genus per exilem arcæ fabricam, ipsum ~~...~~ Noe cum filiis suis dirigens in salutem.

V. 5. Hæc ~~...~~ et in consensu ~~...~~ nequitiæ cum se nationes contulissent, scivit justum, et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordia fortem custodivit. Hæc vis verborum hæc est "Sapientia cum nationes hominum consensissent omnes in nequitiam, invenit tamen illa quæ te justum, vel potius nonnullos justos, et conservavit in culpatos ante oculos Dei, et tamquam filios misericorditer custodivit incolumes" Vel etiam etiam si ab omni ... deduxeris" Hanc etiam translationes et hanc sententiam deduxeris: cum nationes hominum universim conspirassent in nequitiam, invenit tamen nonnullos licet pauci justi, qui se ... servavit Deo, et per illam miseratione incolumes erant ... nemini concorditer custodia incolumes erat. Id ... celebris fuerunt Abrahæ justitia, et sanctitas ... est quantum ... et quam ... acceptusque Deo ille vir fuit ... ...

ibid. Pentapolim. " Pentapolis vocabatur illa regio, quia erant in
" ea quinque civitates, scilicet Sodoma, Gomorrha, Adama,
" Seboim, et Segor, licet ultima Segor parcitum sit a deo ob
" preces Loth in eam confugientis. Jam tota Pentapolis versa
" est in mare salsum, sive mortuum, quod a bitumine cogni
" vocatur lacus Asphaltites. Pentapolis græce item est quod
" quinque urbes, sive regio complectens quinque urbes. Corn. a Lap.
V. 7. Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deser:
ta terra, ~~et incerto tempore fructus habentes arbores et incredi:~~
~~bilis animæ memoria stans figmentum salis~~ Apud Cornel.
~~Apud Corn.~~ a Lap. Borchardus l. 1. histor. c. 5. et 6. " Mare mor:
" tuum (ait) semper est fumans, et tenebrosum, quasi os inferni
" sicut meis oculis aspexi, ob tetrum vaporem inde fumantem,
" qui quocumque deferente vento pertingit, cuncta sterilia facit.
ibid. Et incerto tempore fructus habentes arbores. h. e. Et arbo:
res ferentes fructus nunquam nec certo ~~tempore~~, et maturo
tempore. vel, Et arbores nunquam perducentes fructus ad ma:
turum tempus. In quem locum ita Corn. a Lap. " Pentapolis
" olim erat amœnissima, et fertilissima, ut vocaretur paradisus
" dei, post scelera, et ~~divinam~~ ultionem dei versa est partim
" in lacum Asphaltitem, sive mare mortuum, partim in terram
" exustam, in qua ut ait Joseph. l. 5. de bello c. 5. adhuc di:
" vini ignis reliquias, et oppidorum quinque videre licet ima:
" gines, et renascentes in fructibus cineres, qui colore quidem
" sunt edulibus similes, carpentium vero manibus in fumum
" dissolvuntur, et cinerem. Idem tradit Solinus Polyhist. c. 37.
" et Tacit. l. 5. hist. ac Tertull. in Carm. de Sodoma, et S. August.
plas. de civit. c. 8.
ibid. Et incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Corn.
a Lap. Græce est: et incredulæ animæ monumentum stans co:
lumna salis. " designat uxorem Loth, quæ cum cum eo fugiens
" e Sodoma, ac contra præceptum Angeli cavere respiciens retro
" ut conflagrantem Sodomam aspiceret ob incredulitatem et inobed:
" ientiam versa est in statuam salis, metallici scilicet, quod imbri:
" bus resistit et soliditate sua ædificiis est utile teste Plinio.
" Statuam hanc se vidisse Josephus dicit l. 1. antiquit. quin et
" etiamnum extare inter Engaddi et mare mortuum dicunt ocu:
" lati testes Borchardus, Bredembachius, Salignacus, et ex iis
" Adrichomius in descriptione terræ sanctæ. Idem. Apud quem
S. Aug. serm. 89. de verbis domin. secundum Luc. Uxor Lot
in salem conversa est, ut prudentes condiret exemplo
V. 8. Prætereuntes. Græcum verbum interprete Corn. a Lap. valet
extra viam excedentes, vel exorbitantes a sapientia.
ibid. Lapsi sunt. Vertit Corn. a Lap. ex Græco lapsi sunt
ibid. Bona. Græce καλά id est honesta, utilia, et jucunda hone:
sta amœna vertit Corn. a Lap. Alij pulchra, h. e. decora
V. 9. A doloribus. Græce a laboribus, inquit Corn. a Lap. h. e. a malis
V. 10. Iræ profugum (~~[illegible]~~) fratris h. e. Jacobum fugientem
iram Esau ob præceptum patris Isaac benedictionem inferi:
am et iratum Gen. c. 28.
ibid. Deduxit per vias rectas. h. e. inquit a Lap. " fecit ut Jacob
" tutum iter quando erat ex Chanaan in Mesopotamiam ubi
" habitabat Laban per tot pericula, aspritudines, difficultates, et in:
" sidias, quas illi parabat Esau, illæsus, et securus perageret, jux:
" ta id, quod ei pollicitus erat deus: et ero custos tuus quocum:
" que perrexeris, et reducam te in terram hanc: nec dimittam
" nisi complevero universa quæ dixi Gen. c. 28. 15.

ibid. Et ostendit illi regnum Dei. „Cum scilicet Jacob, ut „dicitur Gen. 28. 12. vidit in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum; angelos quoque etc. Corn. a Lap.

ibid. Scientiam sanctorum dedit h. e. cognitionem rerum sanctarum, et mysteriorum Dei. Sanctorum enim neutro genere vult a Lap. intelligendum.

ibid. Honestavit illum in laboribus Græca est inquit a Lap. „ditavit eum per ærumnas, et molestos labores, quos „Jacob quatuordecim annos subivit pascendo greges „Laban, ut Rachele uxore potiretur.

ibid. Et complevit labores illius. Græcum vertit a Lap. multiplicavit „h. e. multiplici mercede, et fructu „compensavit labores illius, dum scilicet greges Jacob „præ gregibus Laban copiosa fœtura, et proventu ad„auxit, et multiplicavit.

v. 11. In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum. Græcum vertit a Lap. In avaritia iniqua, et fraudulenta prævalentium astitit illi, et ditavit illum. Iniquus illi erat Laban socer.

v. 12. A seductoribus. Græca ab insidiatoribus. a Labano socero qui Jacob fugientem cum uxoribus et filiis insequutus est, cui dixit Deus in somnis: cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius. Gen. C. 31 29 Ab Esau quoque, qui illi insidiabatur, tum a Chananæis, a quibus in magno periculo fuit ne penitus cum universa familia deleretur, cum Simeon et Levi filii eius furore perciti ob sororem Dinam Sichem violatam Sichimitas omnes crudelissime occiderunt Gen. C. 34. Corn. a Lap.

ibid. Et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. h. e. Etenim illi obtigit Deo sic, et Divina disponente sapientia, ut certamen et dimicationem arduum et durum Jacob subiret, et sustineret, ut et ille suo periculo comprobaret, et eius exemplo omnibus innotesceret, quoniam omnium rerum potentissima est sapientia. Id est pietas, religio Dei cultus, ut hic vertit Arabicus apud Corn. a Lap.

v. 13. Hæc venditum justum (Joseph) non dereliquit, sed a peccatoribus (impiis fratribus ~~[illegible]~~) liberavit illum; descenditque cum illo in foveam (cisternam veterem Gen. C. 37. 24.)

v. 14. Et in vinculis non dereliquit illum (in carcere Gen. C. 39. 20.) Donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam (Gen. C. 41 v. 41 et infra) adversus eos qui eum deprimebant, (fratres propter invidiam Gen. C. 37 18) Et mendaces ostendit qui maculaverunt illum (et fratres mittentes tunicam illius ad patrem Gen. C. 37. 31 et dominam suam uxorem Putiphar Gen. C 39.)

ibid. Claritatem æternam h. e. gloriam æternam ut vocaretur Salvator mundi Gen. C. 41. 45

v. 15. Semen sine querela. h. e. nationem Israeliticam inculpatam

V. 16. Servi Dei. h. e. Moysis.
Ibid. Et stetit contra reges horrendos in portentis et signis. h. e. Restitit regibus terribilibus per miracula, et signa, velut ex Græco transfert a Lap.
V. 17. Et reddidit justis mercedem laborum suorum. Nam abstulerant ab Ægyptiis commodato vasa argentea, et aurea, ~~et~~ vestemq. plurimam Exod. C. 12. 35.
Ibid. Et deduxit illos in via mirabili. Symm. apud Corn. a Lap. Et deduxit eos per mare rubrum terribile, et deambulare eos fecit per aquas fortes.
Ibid. Et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum nocte. Nam vero Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore. Exod. C. 13. 21.
V. 19. Et ab altitudine inferorum eduxit illos. h. e. ex profundis maris fecit emergere Ægyptios. ~~Alii putant, e profundo maris [illegible] vel per profundum maris dux itineris Hebræis fuit~~
V. 20. Pariter. h. e. in hymnum. Corn. a Lap. ex Græco.
V. 21. Muti et elingues dicuntur Hebræi propter præcedentem timorem, quo eos detinuerat tyrannis Pharaonis.
Ibid. Quoniam sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas. h. e. Quoniam tua, Deus, gratia, quæ liberaverat populum tuum sapientiæ satis dedit in publica illa lætitia etiam mutis, et elinguibus infantibus, ut laudes tuas canerent ore grandisono, et diserto.

Cap. 11.

V. 1. Prophetæ Sancti. h. e. Moysis.

V. 2. Et in locis desertis fixerunt casas. h. e. fixerunt tentoria in Arabia deserta. Incolæ ibi quia non in domibus, sed in tentorijs habitant dicti sunt Scenitæ teste Plinio l. 6. c. 28. et Nomades eo quod pascunt greges, sedesque vicissent. Corn. a Lap.

V. 4. De petra altissima. h. e. de monte Oreb qui est jugum Sinai Exod. c. 17. 6. Item in Cades Num. c. 20. 11. Corn. a Lap.

V. 5. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum a defectione potus sui, et in eis cum abundarent filij Israel lætati sunt. ~~per hæc cum illis deessent, bene cum illis actum est.~~

V. 6. Per hæc cum illis deessent, bene cum illis actum est. h. e. Sicut enim in Ægypto cum aquæ denegatæ sunt Ægyptijs inimicis Israel, et conversæ in sanguinem Exod. c. 7. 20, ita ut non haberent Ægyptij unde biberent, filij Israel non caruerunt e contrario ibi aquis dulcibus, et salubribus; Ita similiter cum in deserto aquæ deessent Israelitis, benigniter illis a Deo de aquis provisum est.

V. 7. Sempiterni fluminis. h. e. Nili fluminis perennis.

ibid. Humanum sanguinem. h. e. sanguinem vindicem sanguinis humani infantium Hebræorum, quos interfecerunt Ægyptij. Exod. c. 1.

V. 8. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum dedisti illis abundantem aquam insperate. h. e. Qui Ægyptij cum minuerentur viribus et animo, imo et numero, etiam perirent conversis aquis in sanguinem in exprobrationem et pœnam infanticidalis edicti; tum dedisti Israelitis abundantem aquam præter omnem naturalem spem. Cum enim aquæ omnes in sanguinem verterentur quomodo non illæ etiam, quæ usui faciebant Hebræis.

V. 9. Ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, et adversarios illorum necares. h. e. Manifestans faciens prodigio sitis, quæ tunc fuit, te ipsum esse auctorem et protectorem magnificum vitæ et incolumitatis tuorum et vindicem enecantem adversarios illorum.

V. 10. Cum enim tentati sunt, et quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira judicati impij tormenta paterentur. h. e. Cum enim Hebræi in deserto aquas desideraverunt, habuerunt evidens, quæ interesset differentia inter tentationem, et judicium; ipsi tunc enim solum tentati sunt, et quidem cum misericordia, ut discerent et assuescerent sperare in Domino. at impij Ægyptij sitim perpessi sunt in punitionem, supplicium et vindictam judicium.

V. 11. Interrogans. h. e. examinans per quæstionem, et torturam sitis. Corn. a Lap.

V. 12. Absentes enim, et præsentes similiter torquebantur. h. e. Ægyptij enim quocumque fugerent sive huc, sive illuc, similiter non poterant vel effugere vel evadere pœnam divinitus persequentem

V. 13. Duplex enim illos acceperat tædium et gemitus cum memoria præteritorum. h. e. Duplicabat autem illos pœnam et tædium memoria præteritorum. h. e. conscientia peccatorum

V. 14. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum
agi, commemorati sunt dominum admirantes in finem
exitus. h. e. Cumque intelligerent Egyptij dum ipsi tormen:
ta patiebantur, bene agi econtra cum Hebræis, ipsi com:
pulsi sunt confiteri illud miraculum esse a Domino
considerantes, et suspicientes prodigij tanti exitum diffe:
rentem inter ipsos, et Hebræos. Hinc illæ voces et
magorum Pharaonis Exod. c. 8. 19. digitus dei est hic
et a Pharaone ipso extortæ c. 9. 27 Peccavi etiam nunc.
dominus justus: ego, et populus meus impij.
V. 15. Quem enim in expositione prava projectum derirerunt
h. e. Moysem de quo vide Exod. c. 2.
ibid. In finem eventus mirati sunt, non similiter justis sitien:
tes h. e. Hunc Moysem ex aquis servatum deinde mirati
sunt taumaturgum illos affligentem siti, cum vertisset
flumen eorum in sanguinem Exod. c. 7. longe dissimili e:
jus, quam Hebræi passi ~~sunt~~ unquam sunt in deserto
vide supra ad v. 7.
~~V. 16. Muta serpentes~~
V. 16. Mutos serpentes. h. e. expertes sermonis, vel expertes
rationis, seu irrationales. Corn. a Lap.
ibid. et bestias supervacuas h. e. omne genus. Unde Virgil
l. 8 de Egypto v. 698

V. 18 Omnigenumque deum monstra, et latrator Anubis, Contra Neptunum et Venerem contraque Minervam Tela tenent
~~Impossibilis h~~ Non enim erit impossibilis omni:
potens manus manus tua. h. e. Non enim non poterat
manus tua, cum imo sit omnipotens.
ibid. Ex materia invisa. Corn. a Lapid. in Græco est ἀμόρφου
id est informi, ut legit S. Aug. de Fide et Symb. c. 2.
V. 19. Aut novi generis ira plenas ignotas bestias. Corn. a Lap.
vertit ex Græco recenti, vel recens creato furore plenas
ibid. Aut vaporem ignium spirantes. Quales videntur fuisse
serpentes illi igniti de quibus Numer. c. 21. 6. Vide Cornel.
ibid. Aut fumi odorem proferentes. Corn. a Lap. id est spirantes
cum sonitu, fremitu, ac stridore fumum, reciproca ante:
litus ventilatum.
ibid. Emittentes Corn. ex Græco fulgurantes.
V. 21. Uno spiritu. h. e. uno momento vel ictu, vel quanto tem:
poris spatio unus anhelitus ducitur.
ibid. Persequutionem passi ab ipsis factis suis. h. e. per scelera
ipsa vi peccatorum suorum, stimulus enim ~~peccati~~
mortis peccatum est 1. Cor. c. 15. 56.
ibid. Et dispersi per spiritum virtutis tuæ. h. e. per tractu
immensa, qua pollet deus.
ibid. Sed omnia in mensura, et numero, et pondere disposu:
isti. h. e. Sed applicas omnibus justitiam tuam prout
ta ac eorum postulat genus, exigit peculiaris eorum
circumstantia, et ratio, et vis indolis, animi, affecti:
onis, habitus promeretur
V. 22. Multum enim valere tibi soli supererat semper. Va:
tabl. apud Corn. a Lapid. Tenim ampla (alij magnifica)
operari te potestas semper est.
V. 23. Orbis terrarum. Corn. a Lap. in Græco non est to
terrarum, sed tantum totus mundus.
ibid. Et tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in
terram. h. e. et tanquam gutta roris matutini, quæ
combibitur, et deperditur a terra.

1

V. 24. Sed misereris omnium, quia omnia potes. h.e. Sed miserens hominum facillime, et indulgentissime, quia in eo quod misereris, elucet vis maxima omnipotentiæ tuæ.

ibid. Et dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. h.e. ut adducas ad pœnitentiam. Rom: vero an ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Rom. c. 2. 4.

V. 25. Nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Corn. a Lap. ex Græco præparasti, et ordinate composuisti.

V. 26. Aut quod a te vocatum non esset conservaretur? Ipse enim dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt ps. 32. 9.

V. 27. Parcis autem omnibus quia tua sunt, Domine, qui amas animas. h.e. Conservas autem omnia, quia fecisti ea, Domine; conservas porro propter animas, quia fecisti propter animas.

Cap. 12

O quam bonus et suavis est, domine, spiritus tuus in omnibus! Subint. "scilicet rebus creandis, ~~gubernandis~~, "conservandis, alendis, gubernandis" Corn. a Lap. sed præcipue in hominibus, et animis de quibus vide c. præc. v. ult. propter hos enim cætera omnia. Sen: sus est autem " O quam mirifica suavitas efflat, et quan: ta perfectio elucet in regimine tuo domine, quo u: niversa gubernas, et quidem in omnibus.

V. 2. Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis. h. e. Ideo: que homines ingenita infirmitate peccantes peculiari: bus quemque modis sue rationi aptis corrigis.

Ibid. Et de quibus peccant, admones et alloqueris. h. e leniter ita castigas, ut admonere potius videaris, et alloqui quam punire. Vel etiam et de quibus peccant prius admonitos, velut ipse vocaliter illis loquaris, tum iis omnibus eventis, quæ passim fiunt justo judicio dei, tum internis conscientiæ remorsibus, latentibus, et omni genere inspirationum sanctarum.

Ibid. Credant. Corn. a Lap. " Id. e. te agnoscant, colant, ament, "revereantur, et per omnia obediant.

V. 3. Quos exhorruisti Corn. a Lap. " i. e. odio habens

V. 4. Per medicamina Corn. " id. e. per veneficia

Ibid. Et sacrificia injusta. Corn. " i. e. non sancta, non pia, sed im: pia et scelesta.

V. 5. Viscerum hominum. Corn. a Lap. " Per viscera non sola exta, " sed et carnem omnem intellige, juxta illud Virgilii l. 6. v. 253

Et solida imponit taurorum viscera flammis.

Ibid. devoratores sanguinis a medio sacramento tuo. h. e utentes potu sanguinis humani in juramento, et in medio sacrificio inter sanciendo fœdera, adhibito et invocato nomine divini numinis. Vel etiam: Qui edunt, et vescuntur sanguinem vulgo con: tra institutam legem a te omnibus gentibus per Noe, et fi: lios ejus Gen. c. 9. v. 4.

V. 6. Et auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum. h. e. Et parentes illos, quorum auctoritate vel opera vitæ filiorum non habebant auxilium contra sacrilegam necem perdere voluisti per manus parentum nostrorum

V. 7. Ut dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, quæ tibi omnium charior est terra. Corn. a Lap. " Græca habent " verbum singulare: Ut dignam reciperet coloniam filiorum " dei, quæ tibi omnium pretiosissima, vel honoratissima est " terra. " Ergo in Vulgata nostra in verbo reciperent enal: lage numeri pro numero intelligi potest, si concordes cum terra.

V. 8. Sed et his Corn. a Lap. " Chananæis impiis.

Ibid. Tamquam hominibus pepercisti. Corn. a Lap. " ut non statim " eos perderes et occideres per Josue, et Hebræos, sed [illegible] " [illegible] castigasti, quasi admonens eos, vocansque ad pœnitentiam. [illegible] [illegible] antecessores exercitus tui vespas, ut [illegible] exterminarent. h. e [illegible] antecessum exercitum Hebræorum illos [illegible] illos vespas, de quibus Exod. c. 23. v. 28 [illegible] admonerent [illegible] ut illos paulatim, et [illegible] admonerent [illegible]

V. 9. Verbo duro h. e verbo uno duro, [illegible]

V. 10. Partibus. h. e. paulatim Corn. a Lap.

Ibid. Quoniam nequam est natio eorum, et naturalis malitia ipso: rum. h. e. Quoniam natio illa erat nequam a patribus et a: vis, et malitia hæreditaria, et inveterata transierat in naturam pene ipsorum.

Ibid. Et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetu: um: Corn. a Lap. " Id est ~~quod~~ ut Græce: quod nequaquam mutaretur etc.

V. 11. Semen enim erat maledictum ab initio. Chimvero Gen.
C. 9 v. 25. dit 'Voe maledictus Chanaan servus servorum
erit fratribus suis.

ibid. Dissimulas [illegible] veniam dabas peccatis illorum. h.e.
Ceterumque enim nihil erat, quod tu timeres et metueres,
atque ob id differres punire illos, et ad tempus dares veniam
peccatis illorum.

V. 12. Aut quis tibi imputabit. Corn. a Lap. ex Græco [illegible]
„vero accusabit te, aut in crimen vocabit

V. 13. Non enim est alius deus quam tu, cui cura est de omni-
bus, ut ostendas quoniam non injuste judicas judicium.
Vatablus apud Corn. a Lap. vertit: Neque enim præter
te deus est alius, qui curam agat omnium, quo te de-
monstres non injuste judicare.

V. 14. Inquirent. Corn. a Lap. ex Græco h.e. ex adverso obsis-
titur, vultum vultui opponet.

V. 15. Regionis. Corn. ex Græco „ idest regis, moderatoris, Vatabl.
„gubernas.

V. 16. Virtus enim tua justitiæ initium est. h.e. [illegible] enim
et vis, et sapientia judiciorum tuorum [illegible] princi-
pis [illegible].

ibid. Et ob hoc, quod omnium dominus es, omnibus te par-
cere facis. h.e. Et ob hoc ipsum, quod omnibus dominaris,
quia omnia fecisti, omnibus exerces judicium cum mise-
ricordia.

V. 17. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in
virtute consummatus. H.e. Potentiam enim ostendis tuam
iis, qui impie et infideliter non credunt potentiam
tuam esse absolutam et maximam.

ibid. Et horum qui te nesciunt, audaciam traducis.
Corn. a Lap. et Græca contrarie habent: et in scientibus
„audaciam redarguit. Unde et S. Aug. l. 83. q. 53. le-
„git. Sed in iis qui sciunt audaciam traducis. Verum in
„Græco excidisse videtur negatio [illegible], idest non, quam le-
„git Noster, ideoque vertit qui te non sciunt, idest nesci-
„unt. Utraque tamen lectio conciliari potest. „ Traducit
enim deus etiam sapientium sæculi audaciam, quia cum
cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt, sed e-
vanuerunt in cogitationibus suis. Rom. C. 1. 21.

V. 18. Dominator virtutis h.e. potentissime. Corn.

ibid. Cum tranquillitate. Corn. a Lap. „ Græce [illegible]
„idest in epikia cum mansuetudine et æquitate, non pro
„potestate, vel ira, cum moderatione, et temperamento, non
„pro rigore, [illegible]

ibid. Et cum magna reverentia. Corn. a Lap. ex Græco „ idest
„cum multa parsimonia, parcendi studio.

ibid. Subest enim tibi cum volueris posse. Corn. a Lap. q. d.
„Non castigas illico scelera, nec condigne pro meritis,
„quia id potes, quando et quomodo vis.

V. 19. Oportet justum esse et humanum. Græce philan-
thropum idest in charitate diligentem homines.

V. 20. Cum tanta cruciasti attentione. Corn. ex Græco
„[illegible] cum circumspectione, moderatione, provida cura
„et attentione ne modum excederes in puniendo
„[illegible]
[illegible]

V. 21. Cum quanta diligentia. Corn. a Lap. „Vatabl. vertit
„sollicitudine, id est, tenacitate, et parsimonia. Sic enim tenaces
„et parci [illegible] solliciti, et attenti ad rem.

ibid. Quorum parentibus dedisti juramenta, et conventiones
bonarum promissionum. Abraham Gen. C. 15.
v. 12. [illegible] Isaac Gen. C. 17. 16. et Cap. 22. 18
Jacob Gen. C. 28. 14

V. 22. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas. Corn. a Lap. " ~~hoc enim~~ quasi dicat. " Cum tu Domine peccantes velut pueros (hoc enim est παιδεύειν) " nos virga disciplinæ castigas, ut emendes, tunc nostros inimicos, quales fuere Chananæi, cæteræque gentes idolatræ, " multis, magnisque supplicijs flagellas. Vide supra c. 11. v. 9

Ibid. Judicantes. h. e. discernentes differentiam inter nos et illos.

Ibid. Et cum de nobis judicatur, speremus misericordiam tuā. h. e. Et quidquid unquam de nobis judicaveris, speremus te facturum semper cum misericordia.

V. 23. Unde et. h. e. Ergo. Corn. a Lap. " Græce: quamobrem.

Ibid. Insensate. h. e. imprudenter, insipienter, sine cogitatione futurorum, et sine timore dei.

V. 24. Etenim in erroris via diutius erraverunt. Corn. a Lap. " Nota Græce id est: longius errarunt, quam erant " erroris viæ. h. e. longius ipsas etiam ~~...~~ erroris vias " egressi, errarunt, quam videbatur fieri posse, ut homo " erraret. Est hyperbole.

Ibid. Deos æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt supervacua. Corn. ex Græco supervacua explicat vilia hostium. h. e. vilia in ijs quæ nocent, quales araneæ sunt, vespæ, bufones, aliaque huius generis.

V. 25. Propter hoc tamquam pueris insensatis judicium in derisum dedisti. Corn. a Lap. " Græce: propter hoc, velut " pueris ratione carentibus judicium, sive pœnam in ludibrium misisti. " h. e. ludificatione punisti, sicut puerilem insaniam sapiebat eorum stolida impietas.

V. 26. Dignum dei judicium experti sunt. h. e. ultimam et finalem punitionem dignam deo infligente vindice suæ majestatis.

V. 27. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur, videntes illum, quem olim negabant se nosse, verum deum agnoverunt; propter quod et ~~deus~~ finis condemnationis eorum venit super illos. h. e. In ijs enim, quæ cum indignatione patiebantur, quæ eatenus putaverant deos, in ijs ipsis, eorumque adeo instrumento, mortibus molestia cum exterminarentur, videntes manifeste, et comprobantes illum, quem olim negaverant se nosse verum deum, agnoverunt; quare etiam (cum nec ... per hunc modum convergerentur neque satis, neque constanter) finalis condemnatio eorum venit super illos

Cap. 13.

V. 1. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non sub-est scientia Dei. h. e. Inutiliter autem sciunt omnes homines, utcunque ferantur ingenij laude, doctrinaque celeberrimi, qui scientiam suam non extendunt ad se-creta dei. Vel Vana et stulta est omnis et quæcunque doctrina, quæ ad dei cognitionem non perducit.

ibid. Eum qui est. h. e. deum. Is enim Qui est nomen habet Exod. c. 3. 14.

V. 2. Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam rectores orbis terrarum deos putaverunt. Audi ~~quid Corn. a Lap.~~ S. Aug. de Civit. Dei l. 4. c. 10. Jovem, inquiunt „(Romani ethnici) in æthere accipiamus, in aere Junonem. „Mare Neptuno tribuitur terra Plutoni. Et ne ipsi quo„que sine conjugibus remanerent, additur Neptuno Sala„cia, Plutoni Proserpina. Nam sicut inferiorem cœli „partem, idest aerem, inquiunt, Juno tenet: ita inferio„rem maris Salacia, et terræ inferiorem Proserpina. Sa„turnus, inquiunt, temporis longitudo est. Eandem etiam „terram matrem deorum vocant. Eandem terram Cere„rem, eandem etiam Vestam volunt, cum tamen sæpius „Vestam non nisi ignem esse perhibeant pertinentem ad „focos, sine quibus civitas esse non potest: et ideo illi „virgines solere servire, quod sicut ex virgine ita nihil „ex igne nascatur." Vide de ethnicorum superstitione multa hoc loco apud Corn. a Lap.

V. 3. Speciosior. Corn. a Lap. „Pro speciosior, græce est βελτίων, „idest melior.

ibid. Generator. Corn. a Lap. „Pro generator græce est γενεσιάρχης „idest generationis auctor, vel princeps. Unde ad verbum „vertas, nam pulchritudinis genesiarcha creavit ea. Gene„siarcha idest auctor, sive prima origo, vel princeps pul„chritudinis generandæ.

V. 4. Aut si virtutem, et opera eorum mirati sunt. Vertit Græcum Cornel. Si potentia, et efficacia eorum perculsi sunt.

ibid. Fortior. h. e. efficacior.

V. 5. A magnitudine enim speciei, et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Huc pertinet illud ad Rom. c. 1. 20. Invisibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque ejus virtus et Divinitas.

ibid. Cognoscibiliter. Corn. a Lap. „Pro cognoscibiliter græce est „ἀναλόγως idest analogice, sive per analogiam, comparatio„nem, proportionem, collationem, illationem

V. 6. Adhuc non est in Græco. Corn. a Lap.

ibid. Querela. Corn. a Lap. „Græce est μέμψις idest repre„hensio, culpa.

ibid. Et hi enim fortasse errant, deum quærentes, et volentes invenire. h. e. Hi enimvero errant, quia fortasse, vel pro viribus et infirmitate ingenij sui quærunt et volunt invenire.

V. 8. Iterum autem h. e. At verum.

V. 9. Æstimare sæculum. h. e. Sagacitate sua penetrare naturam hujus mundi, cognoscere mundum, et quæ temporum et sæculorum vertigine in mundo fiunt. Vide Corn. a Lap.

V. 10. Infelices autem sunt. h. e. longe infeliciores sunt. Corn. a Lap.

ibid. Et inter mortuos spes illorum est. Apud Corn. a Lap.
"Vatablus vertit mortua est spes illorum, id est caret omni
spe.
ibid. artis inventionem. Corn. a Lap. " h. e. quis ingeniosa
"arte excogitatum, et elaboratum.
v. 11. Aut si quis. h. Quinimvero si quis.
ib. Artifex faber. Vertit Græcum Corn. materiæ sector.
ibid. Lignum rectum. h. e. idoneum.
ib. in conversationem vitæ. h. e. in usum vitæ.
v. 12. Reliquiis autem eius operis ad præparationem escæ ab-
utitur. Corn. a Lap. " Græca sic habent: rejectamenta
"vero operis in præparationem escæ expendens satiatus est."
Vide Isaj. c. 44. 12. et Jerem. c. 10. 3.
v. 13. Lignum curvum et verticibus plenum. Corn. a Lap. Tortu-
osum, obliquum, distortum, nodosum, ramosum, et ineptum
ad formandum vas, et ad struendum ignem.
ibid. Per vacuitatem suam. Corn. a Lap. ex Græco "i. idest
"in diligentia, cura, industria, otij sui. Vacuitas hic non est
"lignum excavatum, ut vult Lyranus; nec vacuum, et ina-
"nem laborem, ut vult S. Bonaventura, nec vacuum cere-
"bro sive amentem, ut vult Dionys., sed otium significat.
v. 14. Rubrica. i. e. minio. Corn.
ibid. Fuco. Corn. a Lap. " Fucus quolibet colore fieri potest.
v. 15. Dignam habitationem. h. e. aptam aram, altare templum,
vel thecam cui includatur.
v. 17. Et de substantia sua, et de filijs suis, et de nuptijs vo-
tum faciens inquirit. Corn. a Lap. " Græce: Tandem pro
"possessionibus, pro nuptijs suis, et pro liberis orans, vel vo-
"ta nuncupans. Inquirit non est in Græco.
ibid. Non erubescit etc. membrum hoc orationis malim conti-
nuum legere cum præcedenti sine puncto intermedio.
v. 18. Infirmum. h. e. invalidum. Corn. a Lap.
ibid. Mortuum. h. e. vita destitutum. Corn. a Lap.
ibid. Inutilem. Qui ferre nullam opem, vel consilium potest.
v. 19. Qui ambulare non potest. nam iuxta ps. 113. Pedes
habent, et non ambulabunt.
ibid. Et de acquirendo, et de operando, et de omnium rerum
eventu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. Corn. a
Lap. " Græca clare et eleganter habent: pro quæstu, opificij
"successu, manuumque dexteritate, et prospero successu, ignavis-
"simum manibus rogat gravitatem, agendi facilitatem, dexteritatem,
"potentiam, et efficaciam.

Cap. 14.

V. 1. Ligno portante se fragilius lignum invocat. h. e. invocat idolum ligneum minus idoneum ad opem ferendam ligno navis illo, quo utitur portante se.

V. 2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, et artifex sapientia fabricavit sua. h. e. Enimvero navim quidem excogitavit callide præmeditato fine lucroso humana cupiditas, ideoque artifex illius ad eam fabrefaciendam vires artis omnes, sagacitatem, industriamque collocavit.

V. 3. Tua autem Pater providentia gubernat. Subintellige Navim iam dictam. Corn. a Lap.

~~Ibid. Semitam firmissimam. h. e. iter prudentia maxima, calliditate, et arte muniendum, et firmandum.~~

Ibid. Quoniam dedisti et in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam. h. e. qui nonnunquam dedisti etiam in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam, velut ab undis salvatus est Moses Exod. 2. et per mare rubrum Israelem universum Exod. c. 16. traduxisti

V. 5. Sed ut non essent vacua sapientiæ tuæ opera. h. e. Sed ut ne sint inutilia ~~opera~~ vel sine commercio, communicatione atque usu opera sapientiæ tuæ, quæ in varijs insulis, et transmarinis regionibus creasti. Vide Corn.

Ibid. Liberati sunt. h. e. traducuntur sine vitæ jactura.

V. 6. Remisit sæculo semen nativitatis. Israel. a Lap. in Græc: reliquit mundo semen generationis.

V. 7. Benedictum est enim lignum per quod fit justitia. h. e. Habent enim benedictionem abs te opera et artes lignorum, si conveniant cum regula, ~~et~~ fine, et zelo justitiæ, velut arca Noe antiquitus.

V. 8. Fragile. h. e. corruptibile.

V. 10. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit tormenta patietur. h. e. Etenim qui fecit idolum tormenta patietur per idolum et propter idolum ipsum, quod factum ab illo est, indicatur nomine impietatis quam in illo et cum illo perpetravit. Quia per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. Supr. C. 11. 17. Punitur etiam idolum ipsum, cum confringitur, irridetur, destruitur, comburitur, liquefit, quæ sors et finis eorum omnium est, prout varia ipsorum materia exigit.

V. 11. Propter quod et in idolis nationum non erit respectus. "Græca iam contrarie habent: quapropter et in simulacra "gentium inspectio, inquando, visitatio, punitio erit. Noster "videtur legisse negationem ἐκ, idest non erit inspectio, "vel respectus. Sed eodem redit sensus. Corn. a Lap. Sensus Græcæ lectionis est. ~~In~~ idolis vel de idolis nationum ~~non~~ ~~habebitur venia excusatio, non reputabitur dignitas~~ judicium fiet. Sensus Nostri est. In idolis, vel de idolis nationum non habebitur venia, excusatio, non reputabitur dignitas.

Ibid. Et in tentationem. Corn. a Lap. "Græce in scandalum.

Ibid. Et in muscipulam. Corn. a Lap. "Græce est in laqueum.

V. 12. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum. Exquisitio vertit a Lap. ex Græco excogitatio. Textum autem sic explicat "Idola sunt initium, et causa "fornicationis, ac corruptiones morum totius vitæ.

V.13. Neque erant ab initio, neque erunt in perpetuum. h. e. Neque eorum institutio in naturæ jure fundata est, ita ut in mundi primordiis aliquid ~~esse ...~~ extiterint; neque proinde eorum cultus perpetuus esse ullo modo potest.

V.14 Supervacuitas enim hominum hæc advenit in orbem terrarum. h. e. Superbia enim, vanitas, et luxus invexit illa in orbem terrarum.

ibid. Inventus. Corn. ex Græco vertit destinatus, et subintelligit a deo.

V.15 Acerbo. h. e. intempestivo. Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem etc. Proponit sapiens quibus exemplis probabiliter persuaderi videatur inductam fuisse ~~prima exempla inducta~~ idolatriæ. Neque ad illa quæ hic recenset, revocat causam vel universam, vel absolutam ejus superstitionis, sed ut monet a Lap. Tantum vult dicere ex nimio affectu et dolore nonnunquam initium sumpsisse (nempe initium aliquod apud aliquos) idolatriam, quod apud varias gentes diversimode factum. Cum enim res facti idolatriæ institutio fuerit, pendere illa potuit a cunque ex diversis circumstantiis apud diversas nationes in quas irrepsit; alicubi autem ita inducta fuit, velut facti species in textu proponitur

V.16. Convalescente iniqua consuetudine hic error tamquam lex custoditus est. Corn. a Lap. "Ti hic error non est in Græco qui sic habet: et impia consuetudo quasi lex custodita est

ibid. Figmenta. Corn. a Lap. "Pro figmenta græce est γλυπτά "id est sculpta scilicet idola. Prima enim idola fuerunt "sculptilia puta imagines regum aliorumve hominum in auro "ære, ligno exsculpta. Significat ergo prima idola domi fuisse "culta ad libitum; sed idolatriam hanc privatam voluntariam fu: "isse publica consuetudine, et regum imperio, ut jam am: "plius libera non esset, sed consuetudine quasi lege sancita et "tyrannorum vi coacta."

V.17. Ut illum qui aberat tamquam præsentem colerent sua sollicitudine. Corn. a Lap. "Græce. ut absenti tamquam præsenti "adularentur studiose

V.18. Eximia diligentia. Corn. a Lap. "Græce est φιλοτιμία "id est amor honoris.

V.19. Ille qui se assumpsit. Corn. a Lap. "Græce est κρατοῦντι "id est dominanti, puta principi.

ibid. Elaboravit arte sua, ut similitudinem in melius figuraret. Corn. a Lap. "Græce: elaboravit arte similitudinem "in pulchrius, vel ad majorem pulchritudinem, et venu"statem, id est quam pulcherrime et elegantissime effin"xit, in eaque omnem vim artis, ac facultatis adhibuit, et "quasi extremum potentiæ exercuit.

V.20 Abducta. Vertit Corn. ex Græco attracta, illecta.

ibid. Nunc. h. e. mox.

V.21. Affectui aut regibus. Vertit Græcum a Lap. "aut cala"mitati aut tyrannidi. Calamitati h. e. affectui exorto ex "calamitate filii aut cognati, vel parentis amissi et mortui. "Respicit enim quod dixit v. 15 Acerbo enim luctu dolens pa"ter cito sibi rapti filii fecit imaginem

ibid. Incommunicabile nomen h. e. dei nomen verum et soli proprium.

22. Et non sufficerat errasse eos circa Dei scientiam, sed et in magno viventes inscitiae bello, tot et tam magna mala pacem appellant. vlt. " Graece εἶτα, idest deinde " inquit Corn. a Lap. Sensus est " deinceps non satis erat errasse eos peculiariter circa Dei scientiam, sed ita viventes, ut eorum ignorantia eos incitaret quasi bellicum periculum in ampliorem semper animarum propriarum perniciem, mala illa ingentia, quae subsequens oratio exponit, quasi cultum pacificum religionis arbitrentur.

V. 23. ~~[illegible]~~. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniae plenas vigilias habentes,

24. Neque vitam, neque nuptias iam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat.

Duplicem hunc textum ex Cornelio a Lap. post Vatablum aliosque ita potes intelligere " Aut enim sacrificia quibus filios occidunt, aut secreta mysteria, aut insanas quascumque ex quibusque ritibus vel legibus comessationes, et bacchanalia agentes,

Neque vitae honestatem, neque nuptiarum pudicitiam custodiunt, mutuis autem odiis invicem se interimunt, et mutuis se adulteriis contristant.

V. 25. Et omnia ~~sunt~~ commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum, et fictio, corruptio, et infidelitas, turbatio, et perjurium, tumultus bonorum,

Corn. a Lap. " Graece Omnia (alii omnes) autem " mixtim, vel promiscue habet sanguis, et caedes, " furtum, ac fraus, corruptela, infidelitas, turbulenti motus, perjurium, tumultus bonorum. " Illa textus corruptio ex S. Bonaventura Corn. ait esse corruptionem vel conscientiam, vel fidem. Infidelitas est violatio fidei sive perfidia auctore eod. Corn. Turbulenti motus, sive turbatio sunt tumultus, rixae, concertationes, seditiones.

V. 26. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio moechiae et impudicitiae. Corn. a Lap. " Graece " Gratiae ~~vel beneficiorum~~ oblivio, animarum inquinatio, generationis immutatio, nuptiarum inordinatio, adulterium " et impudicitia. " Id quod Gratiae oblivionem ex Graeco interpretatur Corn. intelligit ingratitudinem. Animarum inquinatio fit vitiis carnalibus, velut gula, et luxuria. Nativitatis immutationem intelligunt praeposteram libidinem; inconstantia nuptiarum repudiis fit.

V. 27. Initium " Idem est quod causa vel occasio Corn. Initium et finis. h.e. Incitamentum, causa, occasio de facto inducens in etc.

V. 28. Aut enim dum laetantur insaniunt, aut certe vaticinantur falsa, aut vivunt injuste, aut pejerant cito. ~~Aut enim sunt~~ h.e. Aut enim nullum servant morem, legemque moderatiae inter divinas solemnitates, imo debacchationes suas idolatrae, aut occupant mentem falsis praestigiis, et oraculis vanissimis, aut institutionem vitae inde capiunt iniustam, pravamque; aut cito discunt ipsam religionis vim naturaliter institutam pejerare i.e. pejerando contemnere. Aut idem valet hoc loco atque et

V. 29. Male jurantes. h. e. pejerantes

V. 30. Utraque ergo illis eveniant digne. Corn. a Lap. " idest utrumque vetitum, scilicet idolatrię, et perjurij " condigna pęna.

Ibid. Justitiam vertit Corn. ex Gręco sanctitatem. puta (inquit) religionem juramenti.

V. 31. Non enim juratorum virtus, sed peccantium pęna perambulat semper injustorum pręvaricationem.

h. e. Etiamsi enim idolorum per quę jurant, vis, virtus, potentia nulla est, tamen pęna peccantium peccantes semper persequitur, et pręvaricatores injustos.

esse en
s est vit
r habit
, concer

Cap. 15.

V. 1. Suavis. Græce χρηστὸς bonus, vel benignus. Corn.
ibid. Verus. h. e. vere, vel utique deus.
ibid. Patiens et in misericordia disponens omnia. Corn. a Lap.
"Vatablus: et longa patientia (vel lenitate) misericorditque
"gubernas omnia. Patiens Græce μακρόθυμος idest longa-
nimis, longa patientia, multaque tolerandi pollens.
V. 2. Etenim. h. e. itaque.
ibid. Magnitudinem tuam. Corn. a Lap. Græce τὸ κράτος id
"est robur, vis, et potentiam tuam uti legit S. Aug. l. de
"fide, et operib. c. 22.
ibid. Quoniam apud te sumus computati. h. e. scimus quoniam
mores justitiæ nostræ scripta est apud te.
V. 3. Nosse enim te. h. e. proinde nosse te.
ibid. Consummata justitia est. Apud Corn. a Lap. Symm: justitiæ
perfectio est.
ibid. Et scire, justitiam et virtutem tuam. Corn. a Lap. "ò justitiam
"non est in Græco, sed tantum τὸ κράτος idest virtutem, id
"est vim, robur, et efficaciam
ibid. Radix est immortalitatis. h. e. principium, vel fundamentum
est conquirendæ beatæ vitæ immortalis.
V. 4. Non enim. Enim hoc loco vim habet tantum continuandi
eleganter orationis; valet autem, ergo, et quidem vel quid
ejusmodi.
ibid. Excogitatio. h. e. opus usurpat antecedens pro consequenti
per synecdochen.
ibid. Umbra picturæ. h. e. pictura eleganter umbrata
ibid. Labor sine fructu. h. e. ~~Quibus omnia~~ inutilis ~~quamquam~~
~~et nullius fructus~~ Quæ pictura æque ac sculpta, elsi inutilis est
et labor nullius fructus.
ibid. Effigies sculpta per varios colores. Corn. a Lap. "Pro
"effigies Græce est εἶδος idest forma, species, figura. Unde
"diminutivum εἴδωλον idest idolum q. d. diminuta figura,
"exilis forma, species parva, et contracta, simulacrum, parvus
"deus, exiguum numen. Pro sculpta Græce est maculata id
"est variegata varijs coloribus
V. 5. Cujus aspectus insensato dat concupiscentiam. Corn. a Lap.
"Græca habent in plurali ὧν id est quorum scilicet colorum,
h. e. Quorum colorum picturæ aspectus insipienti facit admi-
rationem, et desiderium.
ibid. Et diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. h. e. atque
inducit insipientem ut diligat effigiem sine anima vel vita
carentem.
V. 6. Malorum amatores digni sunt qui spem habeant in talibus
et qui faciunt illos, et qui diligunt, et qui colunt. h. e. Qui
amant deos hos non deos digni sunt qui spem meliorem illa
nullam habeant quam habent in talibus, et qui faciunt illos,
et qui in [illegible] habent, et concupiscunt, et qui adorant.
V. 7. Sed et [illegible] præterea etiam figuravit in præcedentibus
causas [illegible] idolatriæ duas statuariam et picturam; nunc
novam adjungit artem figuli.
V. 8. Cum labore vano. h. e. malo, inanis, inani
ibid. Repetitus animæ debitum quam habebat h. e. [illegible]
[illegible] [illegible], quam deo debebat
V. 9. Sed cura est illi non quia laboraturus est, nec quoniam
[illegible] illi vita est, sed concertatur aurificibus, et argentariis
[illegible] et quasi imitatur et gloriam præfert, quoniam res supervacuas
[illegible] h. e. sed sollicitudinem suam in eo collocat
non jam [illegible] quia id operatur arte sua quod brevis
duratione [illegible] est sed ut [illegible] arti-
fices auri et argenti, et [illegible], et [illegible] in eo [illegible], et

gloriam adeo magnificat et profert suam, quoniam in materia vili, et fragili deos figurat.

V. 10. Cinis est enim cor ejus, et terra supervacua spes illius, et luto vilior vita ejus. h. e. Cogitatio ejus enim in cinerem fornacis objectiva semper intenta est, et in vili terra spem ille ponit lucri sui, unde et ipso luto quem figurat, studium artis ejus in rem tam vilem conversum vilius est.

V. 11. Animam quæ operatur. Transfert ex Græco Corn. animam vegetam.

ibid. Spiritum vitalem definit a Lap. vim respirandi continuam per omnem vitam, qua desinente homo extinguitur, et desinit.

V. 12. Lusum. h. e. rem ludicram

ibid. Et conversationem vitæ compositam ad lucrum. Græcum vertit a Lap. " et vitam esse nundinationem quæstuosam.

~~ibid. Acquirere. [illegible] [illegible] ex Græco~~

ibid. Et oportere undecumque etiam ex malo acquirere h. e. et oportere undecumque etiam ex re vili et sordida per artem etiam malam et impiam lucrum quærere.

V. 13. Hic enim scit se super omnes delinquere. h. e. hic enim manifeste convincitur, et ipsa sua conscientia traducitur super omnes delinquere.

ibid. Qui ex terræ materia fragilia vasa, et sculptilia fingit h. e. Quia tanto deterius illudit divino Numini, quanto vilior, et fragilior terra illa est, de qua vasa et idola fingit.

V. 14. Omnes enim insipientes et infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui et imperantes illi. H. e. Omnino enim insipientes et infelices animæ supra modum sunt superbi; ipsique inimici sunt populi tui, qui eum potentia premunt, ut vertit Vatabl. apud Corn. a Lapide qui hoc loco notat " Ex hoc loco liquet Salomonem non esse auctorem " hujus libri. Nam ejus quo nullæ gentes dominabantur Israeli " sed potius Israel per Salomonem dominabatur cæteris gentibus " præsertim vicinioribus. " Vide quæ hac de re in Præfatione. Potest tamen h. locus congruere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per superbos nobiliores et ditiores, per populum [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et premunt [illegible] [illegible]. Corn.

V. 15. Pigri. h. e. otiosi, inefficaces, inepti ad ambulandum. " Corn.

V. 16. Manibus iniquis. h. e. impijs.

ibid. Melior. h. e. præstantior, nobilior.

V. 18. Miserrima. Corn. a Lap. " Pro miserrima græce est ἔχθιστα " . Dest inimicissima, odiosissima, infestissima, ut serpentes, " feles, canes, crocodilos, mures, et vermes, quos coluerant " Ægyptij.

ibid. Insensata enim comparata his illis sunt deteriora. Enim valere videtur hoc loco autem, vel tamen.

V. 19. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus potest bona conspicere. h. e. Sed quispiam nec potest ita conspicere ex his animalibus ut bona, vel delectabilia saltem ad aspectum.

ibid. Effugerunt autem Dei laudem, et benedictionem Dei. Corn. a Lap. Græcam syntaxim sequendus " Effugerunt (inquit) non Ægyptij tholatræ, sed animalia, ut crocodili et serpentes ab ijs pro " dijs culti. Colunt enim ipsi serpentes, serpenti autem jam olim " Deus maledixit Gen. C. 3. 14

Cap. 16.

V. 1. Propter hæc et per his similia passi sunt digne tormenta. h. e. Propter hæc facinora consentanea etiam per his similia passi sunt pœnam. Vide a Lap.

ibid. Et per multitudinem bestiarum exterminati sunt. h. e. adeoque per multitudinem bestiarum cruciati sunt. Ex Græco eximuen cruciati sunt vertit a Lap.

V. 2. Pro quibus tormentis bene disposuisti " idest beneficio affecisti, transfert Græcum a Lap.

ibid. Quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui novum saporem, escam parans eis ortygometram. h. e. Quos delectasti iuxta quod concupierant novo sapore mittens illis escam coturnicum, vel ortygometram. Vide Num. C. 11. Novum saporem explicat a Lap. dupliciter sensu: primo quia post manna, quod Hebræis amplius non sapiebat. " Rursum novus " sapor non solum est is, quem nondum sis expertus, sed etiam " præstans, et iucundus. Sic vocatur canticum novum, id est " pulchrum et iucundum, vinum novum, mandatum novum " ut diligamus invicem novum, hoc est eximium, et suavissimum.

Ortygometram. " Ὄρτυγες Græce vocantur coturnices ab Ortygia " Insula, quæ est in Græcia ubi primum visæ sunt ait Isid. " l. 12. Etymol. Cap. 7. Metra (deducitur) a ~~[illegible]~~ μήτρα " idest matrix, vel μήτηρ idest mater. Ortygometra ergo " est coturnicum matrix, sive rex alijs coturnicibus major, et " nigrior, qui agmen coturnicum præit et ducit, quem proinde " cæteræ ut ducem sequuntur non aliter quam apes suum regem. Ita Plin. l. 10. c. 23. et Aristot. l. 5. histor. animal. " Hanc Ortygometram Itali vocant il Re della quaglie. Com.

V. 3. Ut illi quidem concupiscentes escam propter ea quæ illis ostensa et missa sunt etiam a necessaria concupiscentia avertereantur. Hi autem in brevi inopes facti, novam gustaverunt escam. H. e. Adeo ut Ægyptij quidem si concupiscerent escam propter fœda illa animalia quæ in eos missa sunt etiam a cibo quem pararent, et appeterent cogerentur averti. Hebræi autem brevi penuria affecti ortygometram insoliti saporis gustaverunt.

V. 4. Sine excusatione interitum vertit Græcum a Lap. interitum inevitabilem, [illegible] deprecatione.

ibid. Exterminans [illegible] [illegible] cruciabantur.

V. 6. Signum habentes salutis. h. e. serpentem æneum quendam

[illegible] Num. C. 21. 9.

[illegible] ut Græcum vertit Com. [illegible]

[illegible] memoria

[illegible] h. e. vitæ Com.

[illegible] Dracones [illegible] vocantur serpentes majores, acriores, ideoque [illegible] Plin. l. 8. C. 11 [illegible] De vita Apollonij Thyanæi C. [illegible] narrat [illegible] dracones [illegible] montem [illegible], iuxta quod castra metabantur Hebræi imminentem occupare, ac horrendo sibilare [illegible] percellantur. " Com. a Lap.

[illegible] Occursio h. e. occursu, ex adverso adveniens. Com.

[illegible] In memoria enim sermonum tuorum examinabantur. Vertit Græcum a Lap. In memoriam enim sermonum tuorum exstimulabantur.

ibid. Et velociter salvabantur. h. e. Cæterum velociter salvandi.

ibid. Ne in altam incidentes oblivionem h. e. ne in profundam [illegible] incidentes oblivionem [illegible] potentiæ [illegible]

Ibid. Non poterat uti suo adiutorio. ~~Graecum~~ h. e. indi:
gni fuerunt, qui uterentur sua beneficentia. Vide a Lap.
V. 12. Malagma. Corn. " Graeca vox est significans medicamen:
"tum leniens sive fomentum a μαλάττω id est mollio
"mitigo, subigo, foveo. Sumunt (nonnulli) scriptores ergo
"malagma (etiam) pro quolibet emplastro.
V. 13. Ad portas mortis. Corn. a Lap. " Graeca ᾅδου idest inferni.
"Mors enim est quasi porta per quam ingressus est in infernum.
V. 14. Et cum exierit. h. e. at cum exierit.
Ibid. Nec revocabit animam quae recepta est. Nempe in domum
aeternitatis suae. Eccle. C. 12. 5.
V. 16. Novis aquis Corn. a Lap. " Novas vocat tum quia in Ae:
"gypto vel raro, vel nunquam pluere solet, quare hae novae hy
"fuerunt et inusitatae in Aegypto immissae a Moyse pluviae;
"tum quia ingentes fuere, et horrendae, quae segetes, caetera:
"que plane prosternerent.
Ibid. Persequutionem passi " Graeca addunt inevitabiliter. " Corn.
Ibid. Et per ignem consumpti Corn. a Lap. " Grandini enim mixtus
"erat ignis, qui omnia adurebat ut patet Exod. C. 9. 24. Et
"grando et ignis mixta pariter ferebantur. " Philo apud eum:
dem censet et ignem hunc fuisse fulgura ignita, vel sa:
gittas ardentes.
V. 17. Vindex est enim orbis iustorum. h. e. inquit Corn. a
Lap. " Orbis, et quidquid in eo est Deo vindici ad nutum
" subservit ad castigandos impios qui iustos, puta fi:
"deles Hebraeos affligebant.
V. 18. Mansuetabatur. Corn. id e. mitescebat, mitigabatur
V. 19. Nationem. Corn. a Lap. " Graece est γεννήματα,
"idest genimina, sive germina, puta herbas, et sata.
V. 20. Pro quibus. h. e. econtra
Ibid. Angelorum esca. h. e. Angelorum ministerio elaborata
Ibid. Et paratum panem de Caelo. h. e. Et productum panem de materia
aerea, et caelesti.
Omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem
Corn. a Lap. " Id, vertunt ad omnem voluptatem valentem, et ad
omnem gustum congruum, adaptatum, et accommodatum. Syrus vertit
"suaviorem omni dulcedine, et gustabiliorem prae omnibus gustabilibus
"Arabicus: Panem fortiorem suavitate (idest suaviorem) et prae omnibus
"delectabilibus
V. ... substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habe:
"ostendebat. h. e. dulcedo enim manna illius substantialis os:
tendebat dulcedinem amoris, et bonitatis tuae, quam habes in filios
Corn. a Lap. " Passim interpretes ut Cartusianus, Lyranus, Hugo, Iansen.
" et alii per substantiam accipiunt manna. Vox substantia
"notat manna fuisse solidae substantiae, ita ut non deluderet
"palatum Hebraeorum, sicut deludit daemon sagas, et magos, dum
"eis exhibet omnium epularum convivium in quo est.
Ibid. Voluntati. Graecum vertit Corn. desiderio, concupiscentiae; item
pro convertebatur vertit transtemperabatur. ~~Corn.~~
Corn. a Lap. " Ex hoc loco censent nonnulli manna non tantum sa:
"porem, sed et substantiam mutasse ad cuiusque libitum, ut manna
"in piscem revera converteretur ei, qui vellet gustare piscem; in perdi:
"cem ei qui vellet gustare perdicem, in ovum ei qui vellet gustare o:
"vum. Verum contrarium longe est verius, ~~manna scilicet mu:~~
~~"tasse saporem duntaxat non autem substantiam ad libitum ap~~
~~petentium~~ Quia Hebraei de manna nauseabant, suspirantes ad
"cepas et ollas carnium in Aegypto, unde dicebant: anima nostra nau:
"seat super cibo isto levissimo Num. C. 21. 5 Ergo revera est manna
"non mutabatur in cepas et carnes: si enim ea habuissent, non ad ea
"suspirassent

V. 22. Nix autem et glacies sustinebant vim ignis, et non tabescebant. h. e. Verum in Egyptijs puniendis materia et substantia aquea obdurata in grandinem, quę quidem erat ge: neris, atque gelata nix, ita sustinebat vim ignis, ut non li: quesceret in medijs illis fulgurum ignibus, cum quibus de: ferebatur. Corn. a Lap. " Unde Philo l. de vita Moysis: Grando, " inquit, intermixta ignibus nec ipsa liquescebat, nec extingue: " bat fulmina, sed utraque eodem ferebantur impetu.

ibid. Ut scirent. Corn. a Lap. i. q. d. Ut intelligerent filij Israel.

ibid. Et pluvia coruscans. Corn. a Lap. vel Crepitante cum Dionysio [illegible] pluvia coruscans

v. 23. Hic autem. Corn. Hic scilicet ignis

[illegible] Etiam suę virtutis oblitus est. Corn. a Lap. " Qua solet liquare et absumere grandinem et glaciem, cui simile erat manna quod tamen ignis non liquabat, nec absumebat, sed durabat, et solidabat

v. 24. Creatura enim tibi factori deserviens exardescit in tormentum adversus injustos, et lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Corn. a Lap. " Ex Greco clare ad verbum vertes: " Creatura enim tibi effectori subserviens intenditur ad pœnam " adversus injustos, et remittitur ad beneficium pro his qui in " te confidunt.

V. 25. Illa omnia transfigurata ad voluntatem eorum. h. e. varie ~~transfigurata~~ transformata, prout transformare vel temperare Hebręi volebant

v. 26. Quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed ser: mo tuus. h. e. non fructus nativi hominem pascunt, sed jus: sio tua. Corn. a Lap.

v. 27 Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exi: guo radio solis calefactum tabescebat. Etenim Num. c. 11. v. 7. Erat autem quasi semen coriandri, coloris bdellij. v. 8. Circuibat que populus, et colligens illud frangebat mola, sive terebat in mortario, coquens in ollas, et faciens ex eo tortulas saporis qua: si panis oleati. v. 9. Cumque descenderet nocte super castra, descendebat pariter et man. Exodi porro c. 16. v. 21. Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum cumque incaluisset sol, liquefiebat.

v. 28. ad benedictionem tuam. Corn. a Lap. [illegible] " [illegible] accipitur, scilicet tum ipsa dei beneficentia, qua Hebręis " mane dabat manna, ut mane omnibus det gratiam, quam " Hebręorum et nostra pietas gratiarum actio, qua ob manna omnem " quę gratiam a nobis deo agendę sunt gratię. Unde Grece " est ἐπ᾽ εὐχαριστίαν: εὐχαριστία autem et gratiam, et gra " tiarum actionem significat.

ibid. Te adorare. Vertit Grecum a Lap. tibi occurrere

V. 29. Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet h. e. Qui enim sperat beneficia cum animo non pio, non grato, decidet a successu voti cum lenta ruina, quasi glacies [illegible] cum resolvitur

Cap 17

v. 1 Et inenarrabilia verba tua. h. e. et narratu ~~difficilia~~ vel explicatu difficilia judicia tua.

ibid. Propter hoc indisciplinatæ animæ erraverunt. h. e. propterea Ægyptij minus periti atque eruditi ad illa vitæ consideranda, recteque, erraverunt.

v. 2. Dum enim. h. e. itaque jure merito.

v. 3 In obscuris Græcum Corn. vertit in occultis

ibid Tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt Corn. a Lap. "Tenebras Ægyptiacas vocat tenebrarum λήθης idest oblivionis "velamentum: quia illæ Ægyptios, eorumque oculos velabant, ut "invicem non viderent, ac metu perculsi suorum etiam parentum "filiorum, uxorum, fratrum obliviscerentur, cum de re magis "salute quisque esset sollicitus et anxius. hinc dispersi, et sepa- "rati ab invicem toto tenebrarum triduo manserunt Exodi. c. 10. "v. 23. Malim Lethæum sive oblivionis velamentum signifi- care mortale per emphasim quamdam sive hyperbolen, per quam cum morte comparat illas tenebras. Morti enim hic a Sapiente Lethe tribuitur non jam fabulosus fluvius, ut qui- dam perperam ~~subject~~ Scripturam divinam absurde admodum hum- lianter ad gentium fabulas, sed illa oblivio rerum omnium quæ illo verbo significatur, unde et latine lethum dicitur.

ibid. dispersi sunt. Corn. a Lap. "Non quod Ægyptij vagabundi ob- "errarent quærentes lucem, nam præ pavore nemo movit se "de loco, in quo erat, Exod. c. 10. v. 23. sed dispersi sunt idest dis- "juncti et separati ab invicem manserunt, ut nemo alium "adire, juvare, solari posset, nec vicissim ab eo opem, vel con- "solamen in tanto metu accipere. Nam nemo vidit fratrem "suum. Exod. c. 10. v. 23.

ibid ~~Conturbati~~ Cum admiratione nimia perturbati ~~Corn.~~ a Lap. "Græce est ἰνδάλμασιν idest simulacris, visis larvis, phan- "tasmatibus, spectris conturbati, idest ~~attoniti, et~~ videbantur "attoniti, et mentis inopes.

v. 4. Neque enim quæ continebat illos spelunca sine timore custo- diebat. quoniam sonitus descendens perturbabat illos, et per- sonæ tristes illis apparentes pavorem illis præstabant. ~~Latebra~~ Cornel. a Lap. "Latebras ~~apud Corn. a Lap.~~ "Neque enim latebra qua continebantur "securos reddebat ipsos, sed sonitus pavore percellens eos circum- "strepebat, larvæque tristi aspectu truces offerebantur. Nota "hic multa supplet Sapiens, quæ Moyses tacuit in Exodo. Pri- "mo enim harum larvarum Moyses non meminit. Secundo "v. 6 ait Sap. eis ignem in tenebris intermicantem prostra- "visse et perculisse Ægyptios, de quo altum est in Exodo silenti- "um. Tertio ait sibilos serpentum, et strepitus feminisque besti- "arum, de quibus nil habet Moyses, mire exterruisse Ægyptios

v. 5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere: nec "siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem "horrendam. Corn. a Lap. "Græce στυγνὴν idest tristem, moles- "tam, terribilem. Philo l. 1. de Vita Moysis: ignis, quo quotidie "utimur, splendor vel aere turbato extinguebatur, vel vincebatur "a crassissimis tenebris, ita ut salvis oculis summe necessarium "videndi sensum, tamquam exoculati requirerent. Serena die re- "rum ~~offusæ~~ sunt tenebræ continuis densisque nubibus cœlum "obtexerunt, et nimia conspiratione interclusit radijs siderum ut dies nec differret a nocturna caligine. Tantus enim fuit "horror idest densitas aeris caliginosi, ut non admitteret lu- "men siderum propter horrendam crassitiem

v. 6 Et timore perculsi eorum, quæ non videbantur, facie æstimabant deteriora esse, quæ videbantur. h. e. Et æstimabant deteriores spectrorum et larvarum visiones, quæ illos perculiebant timo- re ipsa vi, et crassitie tenebrarum, quæ illos visu uti pro- hibebat.

V. 7. Et magicæ artis appositi erant derisus. h.e. Interea ad:
hibiti atque appositi usus magicæ artis ceterum miserabi:
mais Ægyptijs erant sine effectu, et deridebantur
ibid. Et sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. h.e. Et gloria
sapientiæ magorum Ægypti refellebatur cum contumelia
v. 9 Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat, transitu ani:
malium et serpentium sibilatione commoti tremebundi pe:
ribant. h.e. Nam etsi illi assueverunt non perturbari mon:
stris, tamen transitu, ac vi animalium, et serpentium sibi:
latione, qualia referebant illæ visiones interruptis tenebra:
rum vicibus cogebantur commoveri mortali formidine.
ibid. Et aerem quem nulla ratione quis effugere posset negantes
se videre. h.e. itaque illi ex phantasmatis et larvis fate:
bantur, aerem interim quem nulla ratione quis effugere
potest negantes se videre; h.e. cum nullum liberum usum
haberent videndi aerem, quo naturaliter circumfundimur
omnia replente.
V. 10. Cum ~~enim~~ sit enim timida nequitia, dat testimonium
condemnationis: semper enim præsumit sæva perturbata
conscientia. h.e. Enimvero nequitia ipso timore sui teste
se condemnat; semper enim expectat subsequentem pœnam
ex perturbata conscientia redarguente. Corn. a Lap. „ Nam
„ conscientia hic est ablativi casus.
v. 11 Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorum.
Corn. a Lap. „ Græca sic habent. Nihil enim aliud est timor, nisi
„ auxiliorum e cogitatione, vel ratione proficiscentium proditio
vel deperditio.
v. 12 Et dum ab intus minor est expectatio, majorem computat inscien:
tiam ejus causæ, de qua tormentum præstat. h.e. et dum in
mente timentis minuitur expectatio auxiliorum, timor hinc,
vel meticulosus semper difficiliorem æstimat solutionem
15. Pro omnipotens tui ratio super cælis ex thronis venlibus abscisiva multisanguinatrix in medium ejus perditionis aliavit terræ.

16. Radula acuta eam imperfidiciariam superordinationem tuam portans: et stans replevit t. omnia morte: et cœlum quidem aptabat: pertetruit autem super terram.

17 Tunc [illegible] phantasiæ quidem somniorum ligabiliter externuerunt ipsos: timores autem superstiterunt inopinati.

18 Et alius alibi jactus semimortuus, ob quam moriebatur causam illuminabat.

19. Si enim somnia turbati illos hoc præmonebant: ut ne ignorantes ob quid male patiuntur, aboleantur.

20. Aptavit autem et justos periculum mortis: et fractio in eremo fuit plenitudinis: sed non super id multum mansit ea irruptio.

21. Celerans enim vir inculpatus propugnavit. id quod [illegible] specialis liturgiæ apulsivum, benedictionem, et thymiamatis expiationem curans: restitit ei furori: et limitem apposuit et conferentiæ: monstrans quia tuus est minister.

22. Vicit autem eam turbam non virtute t. corporis, neque armorum cooperatione: sed sermone eum punientem subordinavit: [illegible] avita patrum, et dispositiones subjiciens.

23. Acervatim enim jam casis super alterutros mortuis interim stans recidit eam irritationem: et intercepit id ad t. viventes iter.

24. Super enim pedaptæ indusio erat totus t. mundus: et patrum visiones super tetrastico lapide sculptæ: et magnitudo tui super diademate capitis ipsius.

25. His cessit is totitendens: hæc autem veriter sunt: erat enim solum id periculum ejus irritationis [illegible] sequax.

14. Quum enim tranquillum silentium haberet omnia et nox jam sua celeritate medium contineret.

15. Omnipotens tuus Ratio illa tua quæ omnipotens advatur in cælis ex throno regali recedens atrox commissura exiluit in medium ejus terræ, quam deperdere destinaverat.

16. Ensis velut acutus deferens edictionem supreme à te ordinatam, qui nunquam præpotere judices, et jam ubi stetit omnia replevit morte: et quidem in cælo esse non desistebat: cum tamen etiam super terram se effunderet.

17. Tunc continuo imagines quidem somniorum horribiliter turbaverunt illos: et timores inopinati venerunt illis.

18. Et alius alibi projectus semivivus, ob quam moreretur causam, ostendebat.

19. Etenim si somni, qui turbaverant illos hoc præmonuerant: ut [illegible] ignari quare malis afficerentur, perirent.

20. Tetigit vero etiam justos periculum mortis, et contritio multitudinis in eremo facta est: sed non diu multum propagavit se illa calamitas.

21. Accurrens enim vir inculpatus propugnavit pro populo: sui proprii publici officii scutum orationem applicans, et incensum ad te propitium faciendum: restitit itaque concitationi, et finem cædi fecit, quæ circum vagabatur: ostendens se tuum esse ministrum.

22. Vicit autem eam cladem non virtute corporis, neque usu ullo armorum: sed ratione punitorem sibi [illegible] parere coegit: juramenta patrum, et fœdera commemorans.

23. Cum enim acervatim jam cecidissent super alterutros mortui, inter eos stans divisit concitationem: et inter mortuos cepit iter ad viventes.

24. Super enim talari [illegible] indusio erat totus mundus: et patrum nomina super tetrastico lapide sculpta: et majestatis tuæ [illegible] super [illegible] inter caput obvoluto illius.

25. His cessit vastator: hæc autem verentur habuerunt: erat enim satis periculum illud continuit formidinis.

Sapientiæ

Caput 18.

1. Sis autem Sanctis tuis maximum erat lumen quorum vocem quidem audientes, formam autem non videntes.

2. Quia quidem non illique passi erant beatificabant, quia autem non lædunt prosimiuniantes, benegratiabant et eius differri gratiam ligabantur

3. Contra aut exardentem ignis ardentem stylum vigilia, cum quidem ignotæ transitiones, solem autem innocuum honorificæ hospitalitatis ad hospitium

4. Digni quidem enim illi … sine luce … carcerem inter … conclusos carcerantes filios tuis: inter quos futurabat incorruptibilis legis lux quo dari

5. Consiliatos ipsos … piorum occidere infantes: ergo uno exposito filio et servato ad argutionem, eam ipsius abstulisti plenitudinem filiorum et similiter abolevisti in aqua ~~valida~~ festina.

6. Illa ea nox prænoscebatur patribus nostrum: ut infallenter ideati, quibus fidebant ~~juramentis~~ archis, benimmoreret.

7. Præceptant ergo a populo tui salvatio quidem justorum: osorum autem abolitio.

8. Ut enim ~~animadverti~~ adversarios subinanticos: sic nos ~~advocantes~~ provocatus gloriati.

9. Occulte enim sacrificabant pii pueri bonorum: et ~~illam~~ eam divinitatis legem in unimentia interponebant: eorum ipsorum similiter et ~~bonorum et~~ agibilium, et metimovimum perepturos reputati: patrum jam prævecantantium laudes.

10. Contrasonabat autem incongruenter osorum ea vox: et ejulans differebat lamentandorum puerorum.

11. Simili autem dica servus cum hegispore pulsatur: et popularis regi ea ipsa patiens.

12. Similanimiter autem omnes in uno nomine ~~mortis~~ obitus mortuos habebant innumerabiles neque enim ad id sepelire ii viventes erant sequaces: postquam ad unam versionem ea obhonestior genesis ipsorum interruptatast.

13. Omnia enim infidentes inter ea medelicieriasione per ~~primo partus~~ eorum primopartorum perditione: universabant Dei filium populum esse.

Caput 18.

V. 1. At vero sanctis tuis nitebat clarissima lux … eorum quidem vocem audiebant, eorum autem quo afficiebantur, non videbant.

2. Quia videl et non eadem atque illi passi erant ~~beatitudinis~~ ~~concipiebant~~ beatos canonabant, et lætissimi, et continebant quia vegetiebant, ~~et~~ lætissimi, et continebant quia vegetiebant ~~et~~ injuria omni eos malo qui prius ~~…~~ læserant, non lædebant, gratias agebant. Gare commeverant, non lædebant, gratias agebant, et votis obligabant se ut gratia essent compotes ejus differendæ.

3. Quapropter econtrario ~~…~~ signum ignæ columnæ inauditæ viæ, qua ignari erant transitum illis exhibuisti: solem autem adhibuisti illis innocuum peregrinitatis, et quo honorem referebant. ~~pro que~~

4. Digni ~~…~~ Egyptii enimvero erant qui luce privarentur: et qui in tenebris veluti carcere detinerentur, quippe qui conclusos filios tuos carcere detinuerant, quos inter et per quos futurum erat, ut lumen incorruptibile legis seculo daretur.

5. Volentes illos autem sanctorum occidere infantes in per unum sanctum filium qui expositus fuerat, et quem servaveris in argumentum … postquam eorum ipsorum multitudinem abstulisti filiorum. eosdem pariter simili animadversione occidisti in acqua exundante.

6. ~~…~~ Porro illa nox ~~…~~ præscita est a patribus nostris: ut certo scientes, qualibus fiderent promissis, bono animo essent.

7. Ergo præsentita est a populo tuo salus, quæ quidem justos deceret: itemque perditio inimicorum ~~eorum~~.

8. Ut enim punivisti adversarios nostros qui nos subigebant: ita, nos provocatus illorum immanitate glorificasti.

9. Occulte enim sacrificabant tibi pii alumni bonorum patrum: et divinam legem concorditer invicem usurpabant: videlicet ea mente ut iustitiæ ~~agentes~~ pariter bona perciperent, et pericula ~~ipsa~~ patrum suorum subirent: patribus veteres decantantes laudes.

10. Contra horum laudes incundi personabat discors inimicorum vox: et ~~…~~ puerorum querelæ lugubri differentia.

11. Simili porro pena servus cum domino afficiebatur: et popularis eadem ipsa patiebatur ac Rex.

12. Simili dolore autem omnes sub uno nomine mortis habebant demortuos innumerabiles: neque vero ad ad sepeliendum vivi erant satis: cum ad momentum nobilissima proles eorum consumpta fuisset.

13. Nihil enim volentes credere propter vim veneficiorum suorum: cum puniti sunt primogenitorum extinctione: confessi sunt esse populum dei filium.

Quod si ... est.

Calmetus.

In Ecclesiasten Praefatio.

Hebraice inscribitur liber. Coheleth, quod femininum nomen est, ad literam sonans quae publicum
alloquitur, seu coetum convocat. Sed genere nominis neglecto, Septuaginta et post illos Latini 13
verterunt Ecclesiastes, quo Graeco nomine Orator, seu pro concione loquens vir indicatur.
{La ragione del genere femminino nell' Ebraico può essere, come l'editore di questo libro sotto vi voler
se intendere alcun sostantivo significante cosa, v. g. oratio o altro simile in latino nostro.
Auctor quorundam Hollandorum Theologorum testatur non deesse qui credant, dialogum toto
eo libro scribi inter pium aliquem virum et impium dogmata Sadducaeorum defendentem. Occurrunt quidem
enim in illo est, plura inter se repugnantia, quae ab uno eodemque vix scriberentur. Sed quod aequi bonique
fecerunt scriptores illi, affirmandum suscipimus, ne vestigium quidem dialogi in eodem opere deprehendi.
Illum quidem sane repugnantia scripta ab auctore fatemur; sed Orator ille personam gerit, et princi:
pis, qui pro concione populum suum instituens impiorum cavillos proponendos sibi et refutandos suscepit;
vel si mavis suosque prioris aetatis errores prodit, quam absurda et ridenda olim saperet simul demonstrans.
Uno verbo viri sapientis personam gerit in utramque partem disputantis, qui post expositas varias
alicujus rei sententias, omnia pondent, omnia discutit, et aequa judicii lance utriusque partis mo:
mentis libratis, tandem in saniorem inclinat. Occurrunt in eo quidem Sadducaeorum, et impiorum
opiniones, quibus tamen auctor nunquam adhaeret, alteram vitam agnoscit, simul et praemia poenas:
que post obitum. (C. 11. 4. 9. C. 12. 14.) Laudibus prosequitur sapientiam, virtutem, justitiam; ora:
tionem suam claudens in eo totam hominis rationem sitam esse prodit, si Deum timeat, ejusque
praeceptis obsequatur C. 12. 13.
Ipsum etiam scripsit quodam tempore quodammodo definire visus est, prodens ad illud se contulisse cum
jam composuisset parabolas multas. (C. 12. 9.) (cioè) questo lo dica di alcuni sentimenti, premettendo
poco avanti. Fletum esse Salomonis resipiscentis etc. Hebraei, S. Hieronymus, et Commentatores plerique
autumarunt.
Contraria tamen opinio scriptum a Salomone opus ante admissa liberioris vitae crimina neque ratione
momentis, neque auctoritate destituitur. Si enim, inquiunt, illius sententiae patroni, Salomon opus
illud post criminosae vitae licentiam suscepisset, quod aeternum resipiscentiae suae monumentum staret, cur tanta ea
de aeterna ipsius salute caligo, et ambiguitas? Patres et Commentatores, argumentando illud in utramque partem
tractante. Atque sane, illorum contrarietas plane intentum evincit, demonstrans saltem nunquam in Ecclesia
ea opinione obtinuisse, quae scriptum a Salomone post ejus resipiscentiam opus constituit. Exploratum se
pariter habemus Dei spiritum nunquam deseruisse hominem, quo tempore ille a recta via aberravit.
Fateamur tamen oportet, priorem illam sententiam et majori ratione, et auctoritatum pondere
fulciri, ac tandem mitiorem defendere, adeoque et nos in suas partes nonnihil inclinare. Desinimus tamen
ea assertione, quae dubitationem omnem subducit. De salute Salomonis, ejusque resipiscentia quaestio
determinanda non humano judicio, sed divino relinquitur.
Porro liber iste veluti peregrina quaedam ... censendus est, in qua, etc. Per omnes vitae conditiones recur:
rit, abusus omnes relevat, stulta plurima hominum detegit, de vanitate creaturarum, divitiarum ac vo:
luptatum disputat, illa exemplo suo, et experientia proposita omnia demonstrat. Eo res adigit, quo vix
... quisquam deduceret, plausibiliora eorum argumenta, qui frenum in voluptates laxant, providen:
tiam, et animae immortalitatem negant in medium ita affert, ut totam eorum vim explicet, ex quibus audi
ctimas consequutiones deducit; expositas tamen deinde refellit, et ad sua revocans principia vana esse
omnia demonstrat, voluptatem, gaudium oblectamenta, uno verbo quidquid homines detinet, fuci lutere
plurimum, re nihil ostendit. Tandem postquam lectores diu multimode per amoena ista deduxit, et
auditorem suum vagantibus et ad omnium captum accommodatis rationibus exercuit, tandem fateri cogit,
nihil esse in mundo, quod aestimemus, sive amorem nostrum, et studium detinere mereatur; nihil solidum.
... eam omnia, et evanescunt, ne excepta quidem hominis sapientia, e solidis quibusque rerum
rationibus. Unum tandem esse probat solidum, perpetuumque, cui maxime innitimur, virtutem, timorem Dei,
pietatem, atque fidele divinis legibus obsequium.

Arduus est in pacis intellectu liber peritissimorum Criticorum judicio. Quod quidem non ex [illegible] brevium, et maxime concise repetendum est, sed maxime ex sententiis inter se pugnantibus, [illegible] quippe est lectoribus, ut argumenta ad sua revocent principia, quo Salomonis mentem [illegible] sedulo que distinguant, quæ ipse per se, quæque personam agens impiorum loquatur; quæ argumenta tribuenda, sive intra quos limites determinanda; quid concesserit, quid negaverit [illegible] cujusque vanitate, atque usu oblectamentorum statuendum sit. Duo enim sunt latentes [illegible] periculi æque perniciosi: omnia vanitas est, et ego dixi vadam, et affluam ~~deliciis~~ deliciis, et [illegible]

Ita quiesc.

Calmetus

Ad 3. Reg. C. 7. v. 2.

v. 2. Domum saltus Libani. Hoc illi nomen inditum vel propter maximam vim columnarum e cedro monte Libano eductam, vel quod nemore stipitum, et umbrarum veluti Libanus mons erat [illegible]. Hoc autem nequaquam aliud erat palatium ab eo cujus meminit v. 1. erat autem in Jerusalem templi occiduam partem. Chaldæus credidit has fuisse voluptuarias ædes ad id extructas, ut dum magis ferveret illuc ad frigus captandum secederetur. Salomon plerumque in his ædibus morabatur, ibique trecentos collocavit clypeos aureos, quos fecerat.

Calmetus.

In librum Sapientiæ Præfatio.

Scriptos a Salomone, vel ipsi attributos libros, vetus et constans Ecclesiæ consuetudo libros sapientiales denominat. Patribus non raro sub generali titulo Sapientia Salomonis laudantur. Ecclesiæ autem stilo Sapientia Salomonis nomine non opera tantum ejus Regis designantur. Liber etiam Ecclesiastici, sicut et alterum opus, de quo nobis est in præsentia sermo, excellenti quodam privilegio liber Sapientiæ, vel ut legunt Græci Sapientia Salomonis appellatum; tamen a Salomone ejus auctor habendus est, nemine scriptum ab eodem rege afferente, quam ab omnibus velut summa aximatum, et sententiarum ejus [illegible]. Obtinuit etiam Græcos nomen Panaretos, i.e. virtutum thesaurus, sive documentorum collectio. etc.

Viri quidam eruditi objectionem hanc suam adversus auctorem hujus operis nobis proponunt, est libri auctor a Salomone, ut quid ego se tanquam Salomonis personam gerens [illegible] cum Spiritus Sanctus hæc suggerit sacris auctoribus, ut personam alterius mentiantur [illegible] nibus, Scriptorem hunc quicunque tandem fuerit nihil præstitisse dolorum, et mendax. [illegible] scribit, genus quoddam parabolæ imitatus, qua conciliandæ sibi auctoritatis gratia, amplissimi viri personam assumit. Ita pariter mulier illa Thecuitis 2. Reg. 14. 4. et. viduam [illegible] viduatam se filio simulavit. Propheta Israelis vulneratum se dixit 3. Reg. 20. 35. [illegible] captivum abire permisisset. Nathan commissum a Davide cum Bethsabee crimen arguens [illegible] solam adventæ cujusdam emeatitur 2. Reg. 12. 2. ac tandem familiarissimum est prophetis Deum, Moysem, Abrahamum loquentes inducere.

Deperierunt Græci Philosophiam.

Textus Originalis Græcus est, qualis ad nostram usque ætatem perseverat, neque enim scriptum opus Hebraice videtur, quidquid auctores nonnulli contenderint. Vid. l. 1. Offic. c. 2. [illegible] in [illegible]. Vide Sixt. Sen. l. 1. Biblioth. Bellarm. l. 1. de Verbo dei c. 13. Nulli enim vel saltem in eo libro Hebraismi, aut ad genium linguæ constructæ periodi. E prophanis etiam quædam phrases derivantur ut illæ c. 14. 6. de Gigantibus in aquis diluvii demersis, c. 17. 13. de fluvio vel oblivionis, de regno Ades vel Plutonis c. 1. 14. de ambrosia c. 19. 20. et 1. Non [illegible] nem habuisse præ oculis auctor videtur, vel saltem graviter se in ejus lectione exercuisse. [illegible] ornatus est, et tumens epithetis, obscurus tamen quandoque, et nunquam non poeticus.

5. Quod si non

quis non latet, cum ab eorum autoribus interdum laudetur, sed e Græco ad illos derivatum est. Rabbi Moyses filius Nachman (vide Corn. a Lap. proœf. in Sapi. p. 4) laudat ex magna Sapientia Salomonis verba illa C. 7. 7. Invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ etc. quæ ille verba Syriace vernacula Hebræorum lingua Jesu Christi ætate recitat.

Scripturæ testimonia crebro occurrunt, semper tamen juxta Septuaginta Int. e. g. Sap. 5. 10. 11. 12. 13 vita hominis quæ comparatur navi fluctus scindenti, avi aerem sulcanti, sagittæ recta ad signum tendenti; quæ omnia desumpta sunt ex Prov. 30. 19. quo in loco Sapiens juxta Septuaginta enumerat quatuor, quæ ipse cogitatione minime assequitur: viam Aquilæ in aere, viam anguis super terram, navis in mari, et adolescentuli in juventute sua. Hebræus autem legit: viam viri in Virgine. Illud Sap. 2. 12. Circumveniamus justum ne e manibus nostris dilabatur quoniam inutilis est nobis ex Is. 3. 10. juxta Sept. derivatum est: Alligemus justum, quoniam inutilis est nobis, cum Hebræus habeat: dicite justo quoniam bene. Quæ de plagis Ægypti, nempe de muscis et scyniphibus ibidem referuntur, e Septuaginta petita sunt. Quæ de idolis Sap. 42, et 44. omnia totidem fere verbis recurrunt in Isaia C. 44. 9. Jerem. C. 2. Baruch C. 6. et ps. 113. vers. 14.

Latina vulgata versio alium habet quam S. Hieronymo autorem, manet etenim ex veteri vulgata obtinente in Ecclesia ante S. doctorem et ab ignoto autore primis Ecclesiæ sæculis ex Græco adornata. Latinam linguam minus autor ille callebat; quare c. 16. 9. orig. ... voces adsciscit minus elegantes: hic kestaten ponit pro divitiis, honestatem pro ... , respectum sive visitationem pro punitione, supervacaneum pro adversario, et noxio, supervacuitatem pro gloriæ fuco, et jactantia. Textui originali religiose adhæret, ut verba ipsa reddere curet, quare sermonis ornamenta omnia, et periodos ... linguæ Latinæ molem liberaque negligit. .... Variantes multiq sunt in exemplaribus Græcis, abundant itemque in Latinis; cum plures resultent ex editionibus Complutensi, Antverpiensi, et Sixtina ann. 1590. In Bibliis Clem. 8. et in vulgata correctæ sunt.

Quæ contra hujus libri autoritatem proferunt sunt, 1. ... 3. Deest ... Hebræorum quos latuisse ... ante Christum videtur. 4. Ipse modo liber notam reprobationis exhibet; plura enim offert ex Evangelis, et Scriptis Apostolicis expressa, repugnantia etiam nonnulla cum veteribus, et divinis Scripturis, additamenta tandem commixta, ut quidem videtur opposita. ... quæ vero ... in Dissertatione de autore hujus libri fuse tractabimus.

Ex Apostolis autem ad fideles liber ille devenit, acceptusque ab Ecclesia veluti divinum depositum servatum semper, et tamquam Scriptura divina habitus est.

Quod tamen maxime doctores ac veteres istius Patres detinuit oraculum est de supplicio Justi C. 2. 12. 14. adeo expressum ut ipsam pene dominicam passionem oculis subjicere videatur quod sane adeo apertum futuri oraculum Grotio visum est, ut adjectum ab aliquo Christiano post obitum servatoris locum crediderit.

Neque Rabbinis opus illud pene ... Ex eo testimonio in Præfatione in Pentateuchum a Moyse filio Nachman laudatum supra adduximus; et Joannes Picus Mirandulanus, Præf. in Heptapla apud Corn. ... perhibet apud Judæos legi consuevisse librum Sapientiæ Hebraicum, opus, ut illi quidem autumant e medulla legis Mosaicæ a Salomone deductum; sed illud satis a nostro differt. S. Isidor. Offic. l. 1. c. 12. Sixtus Senensis Bibl. l. 8. hær. 9. Christophorus a Castro, Convalous Cervantes, Joannes Morinus ... ad hunc librum contendunt scriptum prius in Hebræo libro, deinde a Septuaginta Græcæ linguæ traditum fuisse. Sed haud opera longius quam par est, examinit. Hebræi opus illud legunt e Græco in Hebraicum translatum, et bona fide agnoscunt, nunquam in Canone Hebraico receptum opus fuisse.

trigesima tertio modo ... Trallianos, et trigesimo ... Enans

Dissertatio de auctore libri Sapientiæ. italice.

Testatur apertissime S. Hieronymus nomen Salomonis ascriptum esse libro, et emendatum in pre[illegible]
Praeterendum hic censeo quod et alii animadverterunt de Phrasibus Paganiis, quibus quæ asper[illegible] de Rege Adis, vel Plutone, de ambrosia etc. quæ jam fabellæ Salomone recentiores videntur admodum et eandem recentiorem ætatem referunt quæ de viris corollis [illegible] c. 2. ff.
Grotius Præfat. Sap. quæ esse Judæi creditur, Hebraice scriptum post Esdræ ætatem, et ante [illegible] non summum Sacerdotem: quare libro Ecclesiastici quem ordine præcedit vetustiorem arbitratur. [illegible]nis in Græcum auctorem fuisse credit Christianum aliquem in eadem lingua exercitatissimum, [illegible] literam redditum quæ absque eo quod verbis originalis serviret, hinc ait, nonnulla e med[illegible] [illegible]nismo in librum derivata sunt. Huc referenda quæ de judicio supremo, iustorum, impiorum, pro meritis retributione in eo libro diversius, quam in aliis quibuscumque Hebræorum exp[illegible]

Consapevole della condizione miserabile degli studi miei, tornatomene a[illegible] non mi presi sollicitudine veruna pur di adempiere la promessa che data di rassegnarle la partizione da me fatta della vita mortale [illegible] dal Signor Nostro, figurandomi, che V. S. avendovi studiato sopra tutta quella posatezza e fondamento che convieasi a un suo par[illegible] contar poco il vedere, e il non vedere l'opinion mia in una tal materia, che sopra di ciò no[illegible] fatto altro studio maggiore, che quello naturale e semplice di voltare il solo testo sacro [illegible] [illegible]. E però comprendendo che conveniva mi questa [illegible] nella qui che [illegible] [illegible] a far la figura del goffo davanti ad un uomo dotto, [illegible] si vedeva la mia per incontrarla con la presente forma. Stante però naturale, mi accomodava ad aver la pazienza di far una figura a[illegible] debole appresso di lei; perchè chi mi conosce lo può attestare se d[illegible] io studio di continuo senza mai nè presumere, nè pretender scie[illegible] per la sola dilettazione di versare nell'esame del vero come comp[illegible] nostro religioso instituto, godendo [illegible] Dio nel mostra, e abbassando la[illegible] in quelle tante parti, per le quali il mio talento non mi rende disposto fino al presente mi tenea non curante di rivedere il punto nostro, app[illegible] a quell'altro tutto che, fin qui mi [illegible] alle mani. Oggi do una [illegible] a' miei scartafacci, e trovo la seguente distribuzione e partizione [illegible] [illegible] Catena Sacra io chiamo la mia Composizione del testo di tutti g[illegible] insieme gli Evangelisti per la quale ho travagliato già son due anni. [illegible]
Cat. Sacr. l. 2. c. 1. Apparitio Joannis Baptistæ de deserto
Lucæ c. 3. v. 1. 2. 3. Matth. c. 3. v. 1. Marc. c. 1. v. 7.
Dice qui S. Luca che l'anno decimoquinto dell'Imperio di Tiberio Cesare Giovan[ni] principiò a predicare e battezare.
Predicato egli [illegible] anni di battezar il Signore fino al Gen.° del seguente anno entrante anno sesto decimo dell'Imperio del medesimo Tiberio. Notta per[ò] In questo secondo anno della predicazione del Battista, e primo della p[illegible]

Uscita di Nostro Signore seguì quella parola di cui parla S. Giovanni al Cap. ... 13. allorche *ascendit Jesus Jerosolymam, et invenit in templo ven-tes etc.* con la quale io termino il libro secondo della mia Catena sacra [illegible] la seconda Pasqua negli Evangelisti espresse celebrata da Cristo agente publice, ponesi nella mia catena sacra verso al fine del l. 3. al C. 57. ed è quella di cui S. Giovanni fa menzione C. 6. v. 4. circa della quale seguì il miracolo dei pani. Quivi il Battista faceva l'anno suo terzo in pubblico il Signor il secondo.

Nella seguente pasqua viene ad esser entrato l'anno dell'impero Tiberiano decimo ottavo del Battista predicante il quarto, di Cristo il terzo. In questa egli è morto. ~~Camminando su questa distribuzione posta che [illegible]~~) non è vi bisogno di supporre negli Evangelisti quella pasqua occulta che anche V. R. cerca e non trova, e per cui professa di travagliar molto.

Non ostante all'aver preso S. Giovanni per mira di far un supplemento col suo Vangelo agli altri tre che lo avean preceduto, mentre questo glorioso Santo con tanta distinzione punta i tempi necessarj all'intelligenza dell'istoria Cristiana, e non fa nessun motivo della quarta pasqua che da V. R. e da mille altri si cerca, sembrami che pur vano sia il cercarla, il che per intendere questo punto di verità anzi necessario sia con le tre pasque ch'egli nomina apertamente il fissare la giusta quantità del tempo corso dall'anno decimo quinto Tiberiano al decimo ottavo, che sono il settantatre, e il settantaquattro, [illegible] Ferrari Giuliano per quanto mi dice il Tirino che ho sotto agli occhi.

Nè però mi son data la premura di veder meglio questa difficoltà, o nel Baronio o nel Petavio, o in altri; perchè non ho tempo di visitar le librerie, quando non è stagione di vacanza, e perchè parevami vano il voler metterle sotto all'occhio, quello che V. R. sa ottimamente, ed averà esaminato più di mille volte.

Quantunque il Tirino fra la morte, e la risurrezione del Signore a diverso giorno che non fa vostra Riverenza non ostante nol fa al certo in diverso anno, per quanto comprendo dal suo discorso *Chron. Sacr.* C. 47. ; *eque enim potest alio anno 33. in Martii in feriam sextam quae passum Christum constat, neque alii in feriam primam seu dominicam diem incidere quae certo est Christum resurrexisse, quod illo quo cyclus Lunae 13. cum cyclo solis 24. concurrit: Epacta XIX litera [illegible] dominicali D. quae soli anno Juliano 76. seu Dionysiano 31. conveniunt.* Questa di combinazioni ch'io non intendo più avanti, e non m'impegno più in là del Cessarle. Anche il Tirino però va fuori di strada taroccando per la quarta pasqua [illegible] di una *Chr. Sacr.* C. 41. Così anche gli altri. La ragione del [illegible]

Qual altra distribuzione di questo tempo gli altri pongano, non è ora il mio impegno di esaminare perchè altro è il trattar questa [illegible] altro l'inchinare a Vostra Riverenza umilmente siccome fo, e che per veder oggi come il mio sistema, unito alla storia degli altri più di me dotti ne sento un piacere distinto. Per tanto la supplico di degnarsi ad [illegible], se vede molto da condannare in questa mia prima massima. Io per certo se l'idea non m'inganna mi compiaccio di questa mia fatica in quanto ella a me serve per un metodo [illegible] di mille altri che hanno [illegible] ho voluto trovare, e seguirò nel mio [illegible]
[illegible] o felice, in [illegible]

Quod si verum est, ut verum et profecto est, Christum passum esse anno aetatis suae trigesimo tertio inchoato per tres menses ac decem fortasse dies: nam de hac re nullam modo quaestionem habere volumus. Duobus autem cum tribus annis et Ignatius in Ep. 1. ad Trallianos, et Eusebius in Chronicis prodiderat, certe Epiphanii opinio videtur vera esse non posse. A trigesimo namque anno expleto usque ad passionem non nisi duo anni supersunt. Ch. multis [illegible]

l. 11. Cap. 6. Respond 63 [illegible]

1.

Praefatio in librum Sapientiae.

~~Multa~~

Cap. 1

~~Argumentatio~~ Argumentum libri Sapientiae.

1 Liber hic, quare Sapientia dicatur, ex argumento quod in
illo versatur perspicuum est. Illud auctor universe pro:
ponit Cap. 6. a ~~[illegible]~~
v. 22. "Si delectamini sedibus, et sceptris, o reges populi,
"diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis.
23. "diligite lumen Sapientiae omnes qui praeestis populis.
24. "Quid est autem sapientia, et quemadmodum facta sit re:
"feram: et non abscondam a vobis sacramenta dei: sed ab
"initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam
"illius, et non praeteribo veritatem:
26. "multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum.
"et rex sapiens stabilimentum populi est.
~~Videlicet sapientiae~~ Est hic liber videlicet paraenesis
sive hortatio virorum principum ad sapientiam propter
tria illa praecipua argumenta. 1° propter ipsam
Sapientiae formam; inquit enim: quid est sapientia refe:
ram et reliqua v. 24. deinde autem propter ~~ea~~ eam
commoditatum vim, quam omnibus hominibus sapientia
adducit: namque ait v. 26 multitudo sapientium sani:
tas est orbis terrarum; 3.° vero propter praecipuos illos
usus, qui ex illa ~~pertinent~~ ad ~~principes et reges~~
eos qui pertinent, qui potiuntur regno, et populorum
etenim rex sapiens stabilimentum populi est

Cap. 2.

Commendatio libri Sapientiae

2 Merito ergo liber praestantissimus inscribitur Sapientiae
Verum id etiam propterea, quippe a laude illius
Sapientiae, quae in principe viro et in homine justo
quolibet requiritur, [fecit] excurrit auctor prophetica per:
spicacitate ad Sacramenta edisserenda divinae Sapien:
tiae; ita ut quantum memoria complecti possum, nullus
sit neque liber in veteri testamento, neque in libris
[?] omnibus testamenti veteris locus, ~~[illegible]~~ qui vi,
copia, magnitudine mysteriorum huic praestare vide:
atur. Quae enim et quanta illa sunt ~~[illegible]~~ v. g.
C. 8. v. 3. Generositatem illius glorificat contu:
bernium habens dei. ~~Vel~~ quod ego dilucidius mihi
videor transferre: Generis nobilitatem sui in eo illa
commendat, cum convivat ipsi deo. Tum quae se:
quuntur; sed et omnium dominus dilexit illam, sive et alia toto libro passim.
~~multo intelligere, clarius [illegible]~~ illa etiam quae
~~suis legibus et potentia in omnia dominatur hominum~~
~~illorum~~
3 Certe omnes admirantur, in epistola ad Hebraeos stili
sublimitatem, ubi ~~dicit~~ [scribit] Apostolus C. 1. v. 3 Qui

Q:

cuum est splendor gloriæ, et figura substantiæ eju-
portansque omnia verbo virtutis suæ, purgatio-
nem peccatorum faciens sedet ad dexteram
majestatis in excelsis. Quod tamen est non aliud
est, quam quod sapiens inquit cap. eodem 8.
n. 4. juxta nostram literalitatem: Doctrix est enim
dei agnitionis: et electrix operum ipsius; sive
juxta paraphrasim: Est enim sapientia sacerdos
arcana celans, et administrans scientiæ dei: et
quæ portat, continet, atque infert virtute sua
opera ejus. Et C. 18. v. 15. et 16. Omnipotens
sermo tuus domine exiliens de cœlo a regalibus
sedibus durus debellator in mediam exterminii terram
prosilivit. et et usque ad cœlum attingebat
stans in terra. Quæ omnia Apostoli in novo
Evangelio cum et assequuti sint, et æquaverint
ubi Verbi dei, quod caro factum est, et habita-
vit in nobis, originem, divinitatem, et sacramenta
descripserunt: ~~tamen~~ noster ~~auctor~~ tamen
hanc rem ipsam tanto ante (quod miramur neces-
se est) ita explanavit, ut ~~Christi~~ ejus sacramenti
quod erat pridem Verbum et Sapientia Dei, et modo
etiam est Christus, divinitatem neque altius attin-
gere potuerit, neque præclarius explicare.
+ Huc accedunt illa mirifica de Christi passione o-
racula C. 2. quæ quid valeant nemo non intelli-
git: „Circumveniamus ergo justum, quoniam inuti-
„lis est nobis: et contrarius est operibus nostris: et
„improperat nobis peccata legis. et infamat in nos
„peccata disciplinæ nostræ.
13. „Promittit se scientiam habere Dei: et filium dei se
„nominat.
14. „Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum:
17. „Videamus, si sermones illius veri sint: et tentemus
„quæ ventura sunt illi: et sciemus quæ erunt novissi-
„ma illius.
18. „Si enim est verus filius dei suscipiet illum: et libe-
„rabit eum de manibus contrariorum.
19. „Contumelia et tormento interrogemus eum: ut scia-
„mus reverentiam ejus, et probemus patientiam illius.
20. „Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei
„respectus ex sermonibus illius.
Quæ ita consentiunt cum scriptis Evangelistarum, ut
non defuerint, qui temere existimaverint, hunc
librum quo Christiano inchoato posteriorem scriptum fuisse.
5. Stilus libri passim oratorius est, ornatus, magnificus,
sublimis: sententiæ acutæ, imagines uberes, antitheses
admirabiles, verba splendida, argumentationes solidæ,
conjecturæ acres, et ingeniosæ, Nihil est in viribus
ingenii, nihil in apparatu orationis, quod hic expressum

desideres. Nihil est in prophetis ipso hujus (sic) Azzurato divinius, nihil desiderari potest ornatius. Tamen Latinus Vulgatus, qui ille cunque interpres est, rudis et obscurus plerumque delitescit: aliquando sententias non exæquat, neque absolvit suis justis numeris: habet quandoque quæ redundent; aliquando et deflectit ab auctoris mente, res immutat, et obscurat; quæ res et multa quidem a Cornelio à Lapide identidem observatur, ~~vel~~ [quæ et] ab omnibus animadvertitur necesse est, qui Græca cum Latinis conferre voluerint. Quod si autographum inspicias, profecto non cadit in illum, quod passim adnotabat S. Augustinus de Scripturis Sanctis Confess. l. 3. c. 5. "Itaque institui "animum intendere in Scripturas Sanctas, ut viderem "quales essent. Et ecce video rem... incessu humilemque "successu excelsam... visa mihi est indigna, quam Tullianæ "eloquentiæ comparem." Sed Latinus interpres quam sancte quidem et piæ, ~~tam etiam~~ dogmatis sincerissimis et verissimis ~~doctrinæ~~ fidei et morum semper inhæreus, ut dignus fuerit cujus ~~inter vos~~ translatio in canone ab Ecclesia reciperetur, suam provinciam tractavit, tamen pro habitu sermonis ille est, ut de illo merito dicat S. Augustinus: video rem incessu humilem, et velatam; et non eram ego talis, ut intrare in eam possem, aut inclinare cervicem ad ejus gressus. Widem

~~6. Illud etiam miraberis Theophile, quod in hoc libro uberrima tractata reperias, quæ cæteroqui in veteri lege data per Moysem tamen non meminerat S. Augustinus se invenire. Nam l. 1. quidem Retract. c. 20. inquit: Regnum cælorum illi populo promissum fuisse non legimus in iis, quæ promissa sunt lege data per Moysem in monte Sina, quod proprie vetus dicitur testamentum. Quin imo S. Thomas 1. 2. q. 107. a. 2. citat eundem S. Augustinum ex l. 4. contra Faustum c. 2. ubi dicit quod vetus testamentum habuit promissa temporalia, novum testamentum habet promissa spiritualia, et æterna.~~

6. Illud etiam miraberis, Theophile, quod in hoc libro uberrima tractata reperias, quæ cæteroqui lex data per Moysem vix meminerat. Nam ut S. Augustinus l. 1. Retract. c. 20. inquit: Regnum cælorum illi populo promissum fuisse non legimus in iis, quæ promissa sunt lege data per Moysem in monte Sina, quod proprie vetus dicitur testamentum. Et l. 4. contra Faustum c. 2. quem locum citat S. Th. 1. 2. q. 107. a. 2. ob. 2. vetus testamentum habuit promissa temporalia; novum testamentum habet promissa spiritualia, et æterna. Hæc doctrina innititur auctoritate Apostoli, ubicunque vetus et novum testamentum invicem comparat; hoc enim caput præcipuum est, unde veteri novum anteponat. Veluti cum dicit ad Hebr. c. 7. 19. cum de Christo domino loqueretur, inquit: Nihil ad perfectum adducit lex. et c. 8. 6. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Tamen etiam etiam priusquam veniret fides

~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] in eam ~~[illegible]~~ revelanda esset, ut dicit ad Galatas C. 13. v. 23. Ideo fit ut auctor libri Sapientiae argumentum spei fidei circa aeternas et spirituales dilatationes ita uberrime tractaret quam quos [illegible] Cap. 13. toto, 4. et 5. in hanc [illegible]: [illegible] c. 15. Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud altissimum.

Cap. 13.

De libri proprii Auctore proponitur

7\. Facit difficultatem definire, quis libri sit auctor, et an Salomon. Negant plerique ex antiquis, descendunt pe: dibus in eamdem sententiam plurimi et [illegible] limi recentiores. Nihil eos movet, quod et Graece liber hic inscribatur *Sapientia Salomonis*; et quod veluti Salomonis, et sub Salomonis nomine a patribus vetustissimis communiter nuncupetur. Nam ~~pro~~ illis omnibus huic dif: ficultati respondet S. Augustinus l. 2. *de Do: ctrina Christiana* C. 7. Sapientia enim, et quod dicimus *Ecclesiasticum*, qui alium manifeste a Salomone profert auctorem, Salomoni veteres acceptos pariter referebant: *nam illi duo libri de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur.* Quippe et materia subiecta illorum, et stilus proverbialis, quo Ecclesiasticus constat, cum Ecclesiaste, et cum Proverbiis mirifice consenti: unt.

8\. Adimit eumdem Salomoni loco secundo Sanctus Hieronymus praefatione in libros Salomonis ad Chromatium Aquilejensem, et ad Heliodorum Al: tinas Episcopos scribens. Censet acriter in hunc modum. *Fertur pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Apud Hebraeos nusquam est, quia et ipse stilus graecam eloquentiam redolet; et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Judaei Philonis affirmant.*

9\. Ubi cum pseudepigraphum legis, non idcirco vel malum librum, vel inutilem censere debes; sed cujus tantum scriptoris hominis verum nomen sup: positum et ignotum videretur ~~[illegible]~~. Alii enim sunt libri pseu depigraphi, qui objecto ipso, quod proponunt, et in quo versantur, fallunt; quippe sententias compo: nunt malas, et ad aliorum perniciem committunt; alii quorum ~~solum~~ tantum scriptoris nomen [illegible] latet, quosque ab aliis pro aliis compositos arbi: tramur. Quare utcumque pseudepigraphum

haberet hanc Sapientiam Hieronymus, nihil ta:
men obstitit, quin sacro Canone dignum probarent
Patres concilii Florentini in decreto Unionis, itemq:
que post illos Ecclesia universalis in Concilio Tri:
dentino sess. 4. Igitur Hieronymi temporibus non
eum librum vulgo recipiebant, tanquam divine
auctoritatis, utcumque bonum, atque utilem
probarent Ecclesiae frequentissime. Hinc illae voces
doctoris ipsius maximi eum librum cum quadam
animi formidine citantis, et proponentis. v. g. Com:
ment. in Zach. l. 3. c. 12. Unde et in Sapientia
quae Salomonis inscribitur (si cui tamen placet librum
recipere) reperimus etc. Et dialog. contra Pelagia:
nos tom. 2. cum citasset illud Sapientiae C. 1. v. 1.
in Sapientia, et simplicitate cordis quaerite Deum;
subjungit: ac ne forte huic volumini contradicas.
Quapropter frequens occurrit eruditis, ut discri:
mine utantur inter libros Canonicos, et protoca:
nonicos, et Deuterocanonicos. Primae classis illi
sunt, de quorum vel fide, vel auctore nunquam
in Ecclesia dubitatum est: ad secundam classem
pertinet haec Sapientia.

10\. Inter Recentiores eminent Cornelius a Lapide,
et Calmetus qui disputaverint ut de possessione hujus
auctoritate ~~hujus libri~~ Salomonem detruderent
~~Calmetum legi olim, nunc mihi non suppetunt illi~~
~~us commentarii~~ Viderit ~~qui [illegible] est et [illegible]~~
~~[illegible] quam ego meo [illegible] libraria, quantam~~
~~hoc loco opportuerit [illegible] paupertatem [illegible]~~
~~[illegible]~~ Neque est necesse, ut hic essentiantur
conjecturae, quas vel uterque, vel alteruter lauda:
torum virorum inferunt, quas creator cuinam potius
auctori acceptum velint. Otiosum est enim ~~vel~~ prae:
ter assumptam laborare provinciam, ~~vel~~ et praeter
animi sententiam. Cornelii hanc ~~[illegible]~~ rationem repe:
rio praeter allatas Hieronymianas, et Augustinianas,
quibus non esse Salomonis insinuat. In Cap. 15.
ad v. 14. legis apud Vulgatam: Omnes enim insipientes
et infelices supra modum animae superbi sunt inimici
populi tui, et imperantes illi subjiciunt eum: Ex
hoc loco eruet, Salomonem non esse auctorem hujus
libri. Nam ejus quo nunc, gentes dominabantur Isra:
eli sed potius ipse. per Salomonem dominabatur in
caeteris gentibus, praesertim vicinioribus. Atque sunt, quae possunt
~~possum colligere~~ in confirmationem illius partis, quae
~~negat~~ hunc librum Salomonis esse inficiatur. Sed
fortasse sunt satis ~~libro addito~~ non quorumque
volo, sed quas res ipsa occasio dat. Ex ~~[illegible]~~
~~[illegible] [illegible] [illegible], nec ornamenta [illegible] in meis requirens velim, sed veritatem et [illegible], memo~~
~~et hoc nomine ne despexeris illius sententiae ex~~ Proverbiis C. 11. v. 2. Cum despicis pauperem exspectat [illegible] ejus.

... et prolatione in hunc librum, et peculiari disser:
tatione de auctore ipso videlicet hujus libri exemplar sed iis
fundamentis, quae utcumque ab illo grandius amplificentur, non desinunt esse tamen leviora. Inquit enim in Praef. "Nulli enim, vel saltem pau:
"ci ... Hebraismi, multaeque ad genium linguae contractae periodi. Profanis etiam quandoque phrases derivantur, uti illae C. 14. 6. de Gigantibus in aquis
"diluvii demersis. C. 17. de fluvio Lethe vel oblivionis, de Regno Adis, vel Plutonis C. 2. 17. de Ambrosia C. 19. 20. etc. atque fere sunt illa nova praeter ea
quae vel ex Comico vel ex aliis refert in praefatione; uti illud de omnique magis gravitati sacri interpretis, ut plerumque inanissima passim apud
eundem in dissertatione de Auctore " Praetereundum hic censeo quod est libri animadversum de pluribus paganicis, quibus opus aspergitur, ut de regno
"Adis, vel Plutone, de Ambrosia etc. Quae porro fabellae Salomone recentiores videantur; quemadmodum et eandem recentiorem aetatem sapiunt
"quae de vocis correctis sequuntur C. 17. 8."

Cap. 7

Rationes contrariæ partis.

11. Pugnat pro Salomone primo Bellarminus lib. 1 de Scriptoribus Ecclesiasticis. Sequit enim: Sed tamen „a veteribus patribus communi consensu hic liber tri„buitur Salomoni, ut notum est ex ~~Eusebio l. 4. hist.~~ et aliis quos citat ex Eusebio l. 4. h. „c. 22. Tertulliano de præscriptione, Cypriano de mor„talitate Hilario in Ps. 127 Ambrosio serm. 9. in Ps. „118. Basilio l. 5. in Eunomium, Epiphanio heresi „Anomæorum, et Augustino tractatu in Ps. 63. Et ipse „auctor libri Sapientiæ cap. 9 testatur se fuisse Regem „in Israel et sibi a Domino imperatum, ut templum „ædificaret, quæ in Salomonem proprie conveniunt.“ Hæc Bellarminus ut defendat Salomonem in rei suæ possessione. Tamen cum remidiare, non commodis favore partis contrariæ, ut litem dirimat, commendat partitionem libri inter sententias et verba; et sententias Salomoni vertat, verba et libri compositionem alteri cuilibet, fere in eum modum, quo Ciceroniani de oratore et scripti a Tullio sunt, et sermones continent alienos, Crassi videlicet et Antonii.

12. Tirinus utcumque adversariorum auctoritatem non contemnat, definit tamen „ Sed longe probabilius „videtur ipsummet Salomonem auctorem, et scriptorem „esse: nam cap. 9. v. 7. directe ait: tu elegisti me regem „populo tuo: et dixisti me ædificare templum in mon„te sancto tuo. Et ita affirmat Eusebius l. 4. Eccl. „hist. c. 22. et apud ipsum Egesippus et Irenæus. „idemque sentiunt Tertullianus de Præscript. c. 7. et „adversus Valent. c. 2. Cyprianus l. de exhort. mart. „c. 12. et de singul. cleric. Lactantius l. 4. de Vera „Sap. c. 16. Ambrosius l. de Paradiso c. 12. et l. de „42 mansionibus mans. 17. August. de mendacio c. 6 „et de natura et gratia c. 15. Hieron. in c. 12 Zach. „et alii Patres citati hic a Christoph. a Castro Jac. „Keytero et Joanne Lorino.“ Addit idem Tirinus hunc librum et Hebraice conscriptum, et pro canonico habitum olim fuisse ab ipsis Hebræis, citatque Isidorum, et a Castro et alios: Quorum verum vel veteli vel aliis aut volenti examinare appareat quid sit quod sequatur; nam sub his præsidiis plerumque libet errandi materia, nisi patitur resciunatur et examinatur. Plerumque patres antiqui citant hunc librum sub nomine Salomonis. Nam S. Augustinus quidem se se quidem revocat et explicat omnium nomine, qui suspecti venerunt citare aliud est, aliud affirmare ac defendere. c. 3. n. 7.

Cap. 8

Proponitur sententia.

13. Salomon est igitur auctor libri Sapientiæ. Cuius asserendæ rei rationes suppetunt nec paucæ, nec parvæ, sed æquæ et multæ, et firmæ. Prima quæ petitur ab ipso suo met testimonio nam Cap. 9. v. 7. directe ait: Tu elegisti me Regem populo tuo: et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo. Hæc enim a Salomone nemini præterea conveniunt

14. Praeterea Graece inscribitur non Sapientia tantum hic liber, sed etiam adiungitur Salomonis. Cur autem sine graviori fundamento ea nuncupatio contemnatur?

15. Praeterea cum libri materia Salomonem auctorem innuat, ut paulo ante dictum est ratione prima; non nihil in eo legitur, quod Salomonem da[?] spatio proprietate detrudat. Cur autem velimus esse huius libri recentiorem Scriptorem, cum in tanta serie historiarum, et rerum quas infert, et allegat nihil sit quod quum Salomonis manifeste non antevertat?

16. Praeterea vis ipsa rerum, et sententiarum reliquis Salomonis libris, de quibus dubium nullum versatur affinis est. Quae enim dicit de laudibus sapientiae, etsi amplius in hoc libro ~~amplificantur~~ exaggerantur, et uberius tractantur, eadem sunt tamen, ac quae proverbiorum c. 8. Stilus, et argumentationi ratio perquam similis ubique comperitur, atque in eo libro, qui dicitur Ecclesiastes.

Cap. 6.

Responsio ad obiecta.

17. Evidentia quae obiiciuntur, [...] firmo pede stant. Nam quod obiiciunt etiam Ecclesiasticum a bene multis nuncupari Salomonis, cum manifeste Salomonis non sit, hoc parum officit. ~~Nam etiam Ecclesiasticus Sirach a permultis nec raro Salomonis nuncupatur cum tamen sit manifestum non esse Salo~~ Propterea quod enim Ecclesiasticus habet manifeste alium a Salomone auctorem, manifeste etiam exinde intelligimus vocari illum Salomoni de illa stili et sententiarum similitudine, de qua censet S. Augustinus, et quasi antonomasia quadam altero pro altero variato nomine auctoris. Verum Sapientia et Salomonis inscribitur, et vis rerum, et rationes intimae, et sententiae libri Salomoni asserunt. Est ergo Salomonis.

18. Quid ~~quod~~ autem quod sugillat in hoc libro S. Hieronymus Graecam eloquentiam et apud Hebraeos nunquam esse et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudaei Philonis affirmant. Primum illud eam responsionem habet, quam S. idem Hieronymus [...] libro suppeditat de optimo genere interpretandi. Cum enim interpretandi rationes duae sint, quarum una tenacior literarum est, altera liberior ~~quae~~ [...] verum et quae ut loquit Cicero de optimo gen. oratorum non verba annumerari lectori putat oportere, sed tamen quam appendere, qui Sapientiam ex Hebraeo transtulit sublimitate [...] delectatus potuit probabiliter a rigore literali voluisse recedere, et ita Graecam facere, ut sermo Graecus magis pateretur, utque in novam dialectum concinnius transiret et elegantius. Quod

Hebraeum ubi fuerit, Hebraicum et nativum simplici: tatem certe totam debuit liber refugere, vel si: cut Aeschines et Demosthenes a Cicerone translati Hellenis: mum totum deperdebant, et Latinitatis commenda: bant. Potuit igitur et Hebraicus hic liber esse, et translatus in Graecum assumere odorem totum Graeca eloquentiae.

19. At apud Hebraeos nusquam est. Respondeo. Tandem: non Hebraicum etiam librum Baruch, et Danielis partem non parvam, et multa recipiuntur a nostris de libro Hesther, quae in Hebraeo non apparent. Licet igitur iis admittere hunc etiam Sapientiam.

20. Quod autem Hebraei Philoni dant cujus, quem ipsi nesciunt, hoc levius est, (donec doceant, quem Philo: nem intelligant, et suum propositum confirment) quam ut necesse sit, ut in eo refellendo operosius laboremus.

21. ~~Inquit~~ Apponit Bellarminus l. cit. de Script. Eccl. » Haec discordia facile conciliabitur, si dicamus sen: » tentias hujus libri esse Salomonis, sed collectas » in unum volumen, et Graecis verbis expressas » a Philone, non illo qui tempore Caji Imp. » floruit, sed alio antiquiore. ». Praeterquam tamen hoc effugium mere commentitium est multis ~~etiam~~ adhuc ipsum etiam se dissolvit argumentis. Nam primo intruditur pro Salo: mone Philo, et per se ipsum ~~auctor~~ homo non certus, et magis etiam auctor incertus. Nam et de quo quidem Philone dicant, du: bitant, et cum aliquem certum statuerint quem malint, novum de integro dubium fit reliquum, ~~sed~~ quomodo confirment, ab illo scriptam Sapientiam fuisse. Praeterea difficultatem propositam non iam sic solvunt, sed illam novam adjungunt, quatenus ille vel Philo vel alius quilibet Salomonis sen: tentias repererit, quatenus ordinaverit, quod indicium res Salomonis discriminet ab ordi: natione, et additamentis Scriptoris subsequenti ordinationem. Cur si invenit Salomonis opus iam existens, quicumque fuerit ille collector non edidit quale reperit? Nonne id majorem idem ipsi operi conciliasset? Si Opus integrum et existens per se reperit, qua nova ordina: tione opus fuit, cum per se ipsum ordina: tissimus Sapientiae liber videri possit et exposcat? Si sen: tentias dispersas Salomonis in unum concin: navit, an ex laciniis abscisis compactum

talis: libri moles: non in quae crevit novi:
im ut ipsa sola lex compositio novo a Salo:
mone acceptum librum refert acceptum. Ubi:
nam tamen apparet hujus restitutionis vesti:
cum praeterim non contexta hic liber ab propriis
gium. Quicunque porro ille restitutor fuit,
cur Salomonis ita meminit, ut illum
insinuaret in libro oratorem, qui ita obtinus
est ut nullo signo neque generatim et uni:
versè se proderet. Fuit enim haec animadver:
sio viris olim prudentissimis qui Salomonis
ediderunt et proverbia, et Ecclesiasten, ut
et editionem suam, et suam in editione ope:
ram quam praestiterant, profiterentur. Hinc
proemium illud in libro proverbiorum C. 1. a v.
1. ad totum sextum, prorsus a Salomone alie:
num, et illius, qui ut apparet, librum edidit
praecipuum. Proverbia enim et voces Salomonis
non aliter incipiunt quam a versu septimo:
Timor domini principium sapientiae. Similiter
primus versus in Ecclesiaste prodit editorem libri:
Verba Ecclesiastae, filii David, Regis Jerusalem.
Et ad libri calcem C. 12. a v. 8 ad reliquum finem
verba item illius sunt qui eam concionem Salomo:
nis vulgavit, nec jam amplius Salomonis. Dico
hos ipsum, aut aliquid simile futurum fuisse
ut fieret etiam in libro Sapientiae, nisi liber
totus esset Salomonis, sed ab alteri quolibet
collectus fuisset. Quod tamen tam falsum est,
quam nullo signo apparet; Vere Horatius
diceret hoc loco l. 2. Sat. 3.
" Nil agit exemplum, quod litem lite resolvit.
" ic Estat minus accurati negotium facere quod Cornelius
a Lapide sumpsit in Commentario C. 15. v. 14. Legis enim
in exemplari Vulgato: Omnes enim sunt insipientes, et
infelices supra modum animae superbi: sunt inimici po:
puli tui, et imperantes illi. Imperantes illi, nekvagit
a Lapide, h. e. qui eum potentia premunt, ut verbis
Walfflius apud eundem. Et notat " Ex hoc loco liquet,
" Salomonem non esse auctorem hujus libri. Nam ejus quo
" nullae gentes dominabantur Israeli, sed potius Israel per
" Salomonem dominabatur caeteris gentibus, praesertim vicinis
" ...ibus. " Huic objectioni in nostro commentario quatuor
jam abhinc annis respondebam " Estat tamen hic locus
" congruere orationi etiam Salomonis, si intelligas per super:
" bos nobiliores, et ditiores, per populum minutiorem plebem
" quae fere a potentioribus violentiam sustinuit, et premi:
" nimium pati consuevit. " At ea responsio utcunque non
contraria non est institutae orationis argumento, tamen neque
firma, neque idonea est. Postulat pretium operae ut

sententiis et sine calce ut dicunt, sed maceria
velut liber proverbiorum; unde et quaecunque via
concinnatae sententiae potuerint per quemlibet colle:
ctorem in librum excrescere; sed oratio hic sit suis
legibus ita continuata, et sua methodo ac via ita
concinna; ut vel totus liber Salomoni vere debe:
at cum compositione universa, et colligatione, vel
vix jota quidem; aut ne vix quidem sit illi
videatur vindicandus

Rotam ut.

ipsa Graeca littera referatur, ut intelligamus quid Cornelii a Lapide respondentes sequi conveniat. Graecus ergo habet sic: Πάντες δ' ἀφροσύνῃ ... ὑπὲρ ψυχῆς νηπίου, οἱ ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ σου καταδυναστεύσαντες αὐτόν. Est hoc si litteraliter transferas idem, ac si dicas: Omnes autem stultissimi, et infelices super animam infantis, ii erant qui populum tuum indomantes ipsum. Seamque ejus loci sententia clarior omnia qui sequuntur. Omnes autem [illegible] et miserabiles super mentem [illegible] [illegible] inimici fuerunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut vulgata [illegible] et nostram ea est, nam Vulgatus in [illegible] participium καταδυναστεύσαντες quod tempus [illegible] est, et frequentissime significat praeteritum [illegible] imperfectum, cum redditum voce activa per participium, non haberet in praeterito tempore quod potius usurparet. Illud participium est unicum indicium temporis in toto illo versiculo, et ejus loci sententiae, ut solet frequentissime, [illegible] Si igitur praesenti vim habet, corruit conjectura Cornelii, comminiscentis liquere Salomonem non esse hujus libri auctorem, quia quo tempore scriptus est liber populus Hebraeorum sub alienum potestate detinebatur. Miror noluisse hoc animadvertere Cornelium, quippe qui linguam Graecanicam callebat; et alia locorum multa hujus libri utiliter elucidavit usus Graeco textu. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ Fuit ille igitur Salomon: et quia idoneae rationes huic sententiae opitulantur, et quia idonei suffragantur auctores, et quia nihil est in contrarium, quod verissime, et planissime non dissolvatur.

24. Confutanda illa quae [illegible] magis, quae Calmetus

Cap. V.

De Usu libri et utilitate.

13. Commendat hunc librum praeterea usus, et utilitas, [illegible] quae duplex est, huc enim pertinet librorum novi testamenti primae auctoritas, in quibus exempla ex hac Salomonis Sapientia perplurima videmus, aut oracula longe praeclarissima eventu comprobata; tum praeterea doctrina et disciplina tum fidei, tum [illegible] ex illo effluens [illegible]. Nam quod S. Matthaeus C. 13. scripsit v. 42. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum, idem atque ipsum est, quod Sapientiae C. 3. v. 7. Fulgebunt justi, et tanquam scintillae in arundineto discurrent. Et quod hic sequitur v. 8. Judicabunt nationes, convenit cum eo Matthaei loco C. 12. v. 27. Filii vestri ipsi judices vestri erunt. Illa item Sapientiae C. 2. a v. 12. ad finem tam sunt Evangelistarum stilo affinia ut ex illis exscripta possint [illegible] illos praecessisse videantur. D. Paulus ad Rom. C. 11. v. 34. Quis enim cognovit sensum Domini aut quis consiliarius ejus fuit? juxta illud scripsit Sap. C. 9. v. 17. Sensum autem tuum quis sciet. Itemque ad Hebr. C. 1. v. 3. Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae ejus portansque omnia verbo virtutis suae purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis, comparatis

est locus ad illa Sapientis C. 7. v. 26. Candor est enim lucis æternæ, et speculum sine ~~mal~~ macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius. et v. 27 Et cum sit una omnia potest, et in se permanens omnia innovat: et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, et prophetas constituit. Alia sunt eaque innumera apud Sapientem nostrum, quæ tum verborum tenus, tum vi sententiarum non solum exscripta sunt a scriptoribus novi testamenti, sed Apostolicæ theologiæ rationes, et principia apprime continent, et manifestissime suppeditant. Non est autem nostri instituti singula colligere; nec enim difficilis ea res est volenti cuilibet, nec nostram operam necessario postulat.

24. Patet ex his quod etiam erat alterum in proposito capite de libri utilitate. Videlicet illud proposuit sibi auctor sapientissimus, ut Reges et principes ad sapientiam cohortaretur; idque docet, ac tradit quasi scopum libri universum moraliter, ~~et~~ ex ipso operis themate instituto. Huc pertinent omnia quæ de sapientia humana, artium, Regumque disciplinarum origine hic illic dicuntur, ~~velut de natura, de me~~ sed præcipue cap. 7 cujus illa est summa sententia v. ~~[illegible]~~ 15. Mihi autem dedit Deus dicere ~~et~~ ex sententia, et præsumere digna horum, quæ mihi dantur, ut sciam, quæcunque sunt absconsa, et ~~[illegible]~~ improvisa, omnium enim artifex docuit me sapientia. At præterea de sapientia altiorem insurgens machinaturus molem venit ad Deum, et notiones divini verbi literalissima describens, tam sublimiter prophetat, ut Apostoli qui de Dei Verbo et Filio divinius præstantiusque scripserunt, ex hoc libro non figuras et umbras sed res, et corpus veritatis illius mirificæ quæ Christus est reperierint. Unde fit, ut quanto excellentiores sunt res, quæ hoc libro continentur, tanto etiam magis pietas postulare videatur, et religionis studium ut ab auctore incerti nominis, et fere Rabbinicam olente ~~vanitatem~~ & ~~[illegible]~~ manibus auferatur, et Salomoni mortalium sapientissimo auctori proprio restitutus laudem illam etiam ætatis et qui, et hominis parentis accipiat (~~[illegible] liber est, quod [illegible] non ago [illegible] non enim hic ago [illegible]~~ sermo est de divino operi ~~[illegible] liber divinus [illegible]~~) quam non sine maxima calumnia detraheret quis aliis Scripturis, quæ sine controversia tenentur ut ~~[illegible]~~ authenticæ Salomonis.

Cap. V.

De Nova interpretatione Sapientiæ

25. Unum superest ut ~~[illegible]~~ consilium aperiam meum, quod me induxit ut novam hujus libri interpretationem navarem. De versione veteri, quæ vulgo in Ecclesia usurpatur placet exscribere Cornelii a Lapide doctrinam „ Jam vero S. Hieronymus, qui auctor est Latinæ „ versionis vulgatæ Bibliorum exceptis psalmis (in his „ enim Ecclesia retinuit versionem Septuaginta, utpote jam „ omnium ore tritam, et decantatam) non videtur fuisse inter„ pres hujus libri, et Ecclesiastici; quia eos non videtur „ habuisse canonicos; unde nec prologum eis præfixit, uti „ in cæteris libris a se traductis facere solet, imo passim „ aliter Sapientiam citat, quam habeat nostra Vulgata „ ut patet ex Commentariis ejus in Cap. 53. Isaiæ, et

et antiquam Tertulliani opinionem reprehendunt accuratius coronas vel novitatis, vel idolatriæ, et calumniam pariter librum a Salomone amovendi, idcirco, quia meminerit coronarum. Valeat de his Tertulliani ipsius sententia paulo ante prolatis l. eodem de Cor. Dicimus enim eas deinde et nostris et superiorum usibus, et Dei rebus, et ipsi Christo competere quæ merae utilitates, et certa subsidia, et honesta solatia necessariis vitæ humanæ procuraverant: ut ab ipso Deo ingenia credantur prove prospectore, et instructore, et oblectatore, forte hominis sui.

ut puto maxime a Tertulliano est, qui libro de corona militis suæ causæ nimis, ingenioque indulgens ~~[illegible]~~ ita abolet ab omni antiquitate usum etiam coronarum, ut putet, nec ipsum Dei Templum nec arcam testimonii, nec tabernaculum martyrii, nec altare, nec candelabrum inveniri coronatum. Sed hisce nostra rebus divinitus attributam intelligamus coronam; quod Evodi historia sæpius repetit, coronavisse olim homines ipsos coronis quæ subiicio testimonia facile ostendent: Gen. C. 41. v. 42. Pharao Josephi torquem aureum circumposuit; Josues porro corona ubertis est rejecta de terra. Dolet Job C. 19. 9. spoliatum se gloria sua, et coronam ablatam de capite meo. Et David ps. 20. lætatur v. 4. Deo gratias agens, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Quod si ad coronas floridas pertinet adversarius magnum, hæc mea sane in usu erant in regnis des temporibus Isaiæ, si quæ vis est testimonio c. 28. v. 1. Væ coronæ superbiæ filiis Ephraim, et flori decidenti quibus verbis alia nulla sententia est nisi, væ superbis filiis Ephraim coronatis flore deciduo. Unde et v. 4. Et erit flos decidens pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. Et ne penitus improbetur usus coronarum quia satis honesti [illegible] Judæorum competeret, subjungit v. 5. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, et sertum exultationis residuo populi sui. Atque quanquam

"in Zachar. c. 8 et 12. et aliis saepius a S. Augustino
" Cypriano, Dionysio Areopagita, et aliis S. Hieronymo
" antiquioribus citantur sententiae e libro Sapientiae eo[dem]
" plane modo, quo nunc habentur in vulgata latina. Illa
" ergo ante S. Hieronymum extitit omnino. Quare
" plane verisimile est in Sapientia et Ecclesiastico retentam
" fuisse ab Ecclesia priscam versionem, qua ipsa usa fuit
" ante S. Hieronymum etc.

26. Quare manifestum est quantum auctoritatis illa sibi
vindicet ex ipsa sua antiquitate, praeter usum continuum
[illegible] Ecclesiarum, in quibus perpetuo omnium
saeculorum ordine semper lecta passim est. Tamen et
a Cornelio eodem et ab [illegible] aliis
communiter desiderantur in illa minor quaedam nitor
et obscuritas, et quidam candor quidam et proprie
magis significans verborum expressio, quam ut habeat;
inde fit ut non raro in vulgata [illegible]
tentiae fere quaedam involutae delitescant, ut quid
valeant vix expiscari possit, qui ad Graecum
autographum non confugiat. Proinde a Lapide tum
saepe ipsum textum de novo vertit, et Graecum nova
minerva in latinum transfert, quia Latinus sermo
implexus, varius, obscurus [illegible] Ergo [illegible]
ea cura mihi incessit cupido investigandi quae vis
et notio sibi penitus esset, ut novam translationem
ad [illegible] usum proprio marte adornarem, absol[uto]
iterum laborem non dissimilem in Evangelistas, accede[ret]
bam emendaturus. Verum ut onus [illegible] quas
levarem, visum est ad alium librum, eumque di[-]
versum argumento curam converterem; itaque tu[-]
scepi hanc provinciam in Sapientiam, cui jam
quatuor ab hinc fere annis in eamdem adjuvante
commentario Cornelii a Lapide [illegible] viderem
quempiam alium tutum latino solo inspecto tex[-]
tu novarum. Nunc autem quid circa Graecum
positionem [illegible] profitebor.

27 Similis fere a me in transferendo ratio servata
est, atque in Evangelistarum Hellenismo
ubi ostenderem [illegible] Latinis. Quare [illegible]
est hic describere; quae illic profiteor, unde et
volentem [illegible] ad [illegible] remitto
quae in illud opus exuberant. Illud hic [illegible]
quae in [illegible] regimine Hellenismi [illegible]
[illegible] appenditur paraphrasis sententiam dilucidans
et enucleans, quae texti subest. Quod adeo necess[arium]
sanum visum est futurum, nam versio latinis
[illegible] comparata, sed Hellenismum, et peregrinita[tem]
[illegible] exprimens non potest, ut [illegible]
dare [illegible], obsoleta obscuriorum medica[-]
tur illi in Evangelistis Vulgata interpretatio,
quae cum omnium et ore, et studio trita sit
[illegible] potest non satis fere nota esse et intelle[-]
cta, cum praesertim nemo in illam fere aliquid
commentarium aut non legat, aut leviter attingat

Verum Sapientiæ librum nemo diffitebitur quanto levius teratur, curetur, elaboretur. Unde etiam multo magis ignoretur necesse est. Quapropter ut nihil obscuritatis litera eius retineret, atque ut brevitati quam maxime consuleretur in hoc opere, paraphrasim lucubravi, cuius ea vis una et ratio est, ut simplicem tantum sententiam auctoris exprimerem, quæ et quanta resultat ex textu, considerata tum communi vocum significatione, tum vi etymologiarum. Nam harum etiam quanta ratio facienda sit in Scripturis Sanctis, ut quæ in illis vera et germana sententia sit cognoscatur, dixi præfatione in Evangelistas. Hoc profiteor me secutum fuisse. Num etiam assequutus sim aliorum esto iudicium. Videbit enim lector noster, qui ~~linguam~~ studia nostra non despexerit propter vim articulorum, particularum, compositarum vocum ~~quas amplificationem~~ in paraphrasim fere cum amplificatione quadam descendisse orationem. At qui vim verum earundem subtilius perspexerit, et cum ~~nostra orat~~ vi orationis nostræ paraphrasticæ contulerit, videbit eandem respondere et rem rei penitus, et vim vi orationis. Hoc pro ratione instituti provinciæ debeo; id cum faciendum mihi sumpsi; Deus fuerit auxilio, et faveat, ut etiam videar præstitisse

1. Mu[illegible]
[illegible]
2. Qu[illegible]
3. Qu[illegible]
[illegible]
4 Ho[illegible]
5 Cu[illegible]
me[illegible]
en[illegible]

Pauli τ. Apostoli ea ad Hebreos
Epistola
Cap. I.

1 Multipartim et multiverse olim τ deus loquitans τ.
patribus in τ. prophetaribus, super habitissimum τ.
diebus his loquitavit nobis in filio.
2. Quem posuit sortibulilem omnium: per quem et ~~quod~~ s.
fecerat.
3. Qui ens effulgentia τ. visibilitatis, et carater τ.
hypostasis ipsius: ferens que τ. omnia τ. fluxit
τ. potentiæ ipsius: per seipsum purgationem fa:
citans τ. peccatorum nostri, sedit in dextera τ.
magnitudinis in altis.

4 Hoc tanto. tenentior factus τ. angelis, quanto differen:
tius ante ipsos hæreditavit, nomen.
5 Cuinam enim fatust unquam τ. angelorum: filius
mei es tu. ego ~~dilectum~~ genui te? et rursum: ego
ero ipsi in patrem: et ipse erit mihi in filium?

1. Multifarie, multisque modis olim Deus loquu:
~~tus~~ cum sit patribus in profetis, novissime diebus
his loquutus est nobis in filio:
2. Quem constituit definitorem sortis omnium. quo
mediante etiam secula fecerat.
3. Qui cum sit emanatio splendoris qua Deus vide:
tur cum gloria, et imago substantiæ ipsius: cumque
ferat omnia ambitu virtutis ipsius: per semeti:
psum ~~propriam~~ emundationem cum ~~fecisset peccato:~~
~~rum~~ fecerit peccatorum nostrorum, obtinuit ut
sederet ad dexteram magnificentiæ in excelsis.
4. Videlicet tanto præstantior factus angelis, quanto
glorie inferens præ illis obtinuit nomen.
5. Cuinam enim dixit unquam angelorum filius
meus es tu: ego ~~te~~ æterne genuiste et rursum ego ero
ipsi in patrem, et ipse erit mihi in filium.

Epitome

Historiæ ~~Evang~~ Christianæ
ex quatuor Evangelistarum
contextu compositæ.
itemque
Probabilitas Catenæ Sacræ ostenditur.
~~Libri~~ Itemque

Historia Composita.

§. 1. Caput 1. Exordium in historia composita juxta stilum Sancti Lucæ c. 1. v. 1. ad 4.

1. Quoniam quidem multi conati sunt ordinare
narrationem rerum quas Evangelistæ quatuor
voluminibus complexi sunt;
Sicut illi tradiderunt, qui ab initio ipsi
viderunt, et ministri fuerunt sermonis,
vel ab iis primis acceperunt qui ipsi vide:
runt, et testificabantur;
Visum est et mihi assequuto omnia ex horum
scriptis diligenter, ex ordine, hæc transcribere,
optime Theophile;
Ut faciliorem et planiorem teneas eorum verborum,
de quibus eruditus es veritatem.

Cap. 2.

1. Proponitur universi Evangelii totius argumentum
ad mentem S. Joannis Cap. 1.

In principio erat verbum, et verbum erat apud
Deum, et deus erat verbum. Hic erat in
principio apud deum. Omnia <u>deinceps</u> per
ipsum facta sunt: et non per verbum ipsum
nihil factum est ex omnibus quæ facta sunt.
In ipso vita erat, et vita est lux hominum.
Lux autem quæ cum luceat in tenebris, te:
nebræ nullæ valent illam concludere, neque
constringere. Erat in mundo, quandoquidem
per ipsum, et in ipso mundus factus est; mun:
dus vero deum non cognovit. Tum venit ad
gentem peculiarem suam, et ipsi qui populus
dei eatenus dicti erant, eum non receperunt.
Qui cunque autem receperunt eum, dedit
illis excellens illud gratiæ donum, ut fieri
possent filii dei, si crederent, fidemque

profiterentur in partes ejus. Quippe qui facti
sunt filii Dei non per ullam vim sanguinis,
neque per ullam commixtionem carnis, neque
virili semine, sed aliter atque aliter ex ipso Deo.
Nam Dei verbum factum caro est, et inter nos
homines, atque cum hominibus habitavit, vi:
deruntque speciem illius electi ab illo praeci:
pue testes, quibus gloriam ille manifestavit
suam, qualem habere poterat, atque habet
qui praecipua ratione unigenitus sit aeterni
Patris, plenus gratiae manifestissime.

Cap. 3.

1. Joannes Baptista generatur.
2. Gabriel venit ad Mariam.
Lucae C. 1. a v. 5. ad 27.

Fuit in diebus Herodis regis Judaeae sacerdos quidam
nomine Zacharias de vice ac diarii Abia;
et uxor illius etc. ad v. 27.

Cap. 4.

1. Liber Generationis Jesu Christi secundum carnem
per Virginem Matrem.
Matth. C. 1. a v. 1. ad 17.

Liber generationis etc.

Cap. 5.

1 Liber Generationis Joseph.
Lucae C. 3. v. 23.

Cap. 6.

1 Verbi Divini incarnatio.
Matth. C. 1. v. 24. Lucae C. 1. a v. 26. ad 38.

Christi autem generatio sic erat. Gabriel angelus
ingreditur ad Mariam, et ingressus ad eam dixit
ingressus ad eam dixit: ave etc. ad v. 38.

Cap. 7.

1. Maria invenitur in utero habens.
2. Angelus docet Joseph in somnis.
3 Joseph accipit Mariam in Conjugem.

Desponsata erat mater Jesu Maria Joseph, needum
fuerunt celebratae nuptiae, itaut in uxorem Joseph
accepisset illam, cum fit evidens habere illam
in utero, quod habebat de Spiritu Sancto. Joseph
autem qui sponsalium jure vir ejus erat cum
et zelo iunis sui teneretur, et nollet eam pro:
pterea ostentare accusando, consilium cepit
occulte dimittendae. Haec dum cogitat, ecce Angelus
domini apparuit in somnis ei dicens: Joseph fili

David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, non de peccato illius, sed operante Spiritu Sancto natum est. Pariet autem filium; cui tu ipse vocabis nomen, dicesque Jesum; hic erit enim qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc enim illud ipsum est, quo impletur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium: et vocabunt nomen ejus Emmanuel: quod est interpretatum: nobiscum Deus. Experrexit Joseph a somno; fecitque sicut praecepit ei Angelus Domini; et Mariae nuptias celebravit, ut acciperet in conjugem suam. Destititque illam virili jure, ac consuetudine cognoscere quandiu peperit filium suum primogenitum: et vocavit nomen ejus Jesum.

Cap. 4.

1. Maria visitat Elisabeth.
2. Elisabet prophetat.
3. Maria magnificat Dominum
4. Revertitur Nazareth

Luc. c. 1. v. 39. ad 56.

Cap. 5.

1. Nativitas Joannis.
2. Canticum Zachariae.
3. Solitudo Joannis.

Luc. C. 1. a. v. 57. ad finem.

Dissertatio 1

De Continuatione Historiae Christianae a visione Zachariae ad nativitatem Joannis Baptistae.

Singulare dixit S. Augustinus tom. 10 de Verbis Domini, in Evang. secundum Matth. serm. 16 quamlibet aliam scopum inspiceret S. doctrinae auctor: res praecipue attendi in Evangeliorum libris debet, de quibus illud verissime a S. Hieronymo dictum est ad Paulinum: Matthaeus, Marcus, Lucas, et Joannes quadriga Domini, et verum Cherubim, quod interpretatur scientiae multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillae emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, et in sublime tendentes, terga pennata, et ubique volitantia, tenent se mutuo, sibique perplexi sunt, et quasi rota in rota volvuntur, et pergunt, quocunque eos flatus Spiritus Sancti perduxerit. distribuere tempora, et Scripturas concordare. Inde multi a primis seculis ad hanc diem conati sunt Evangelistas ita adunare, ut ex quatuor scriptis unam conflarent historiam cum tomos et libros veteres qui in hac carina laboraverunt, nemo minoribus plane faciat satis si minores consulas, nemo suis adhuc studiis vel repertis abeat contentus. Qui quidem eo etiam sua studia contulerunt ut rerum gestarum non modo communionem temporum sed praecipue singularum dies adstruere et affirmare conarentur; tamen quaestiones quae propter eos excedunt, quae ab Evangelistis ipsis definita sint vel quae constantissima Ecclesiae traditione confirmantur

tam inconstanter dubie, imprudenter, temere, atque ordinatur id quod con:
stituat, quam ostendit vel variichus sententiarum,
vel ipsorum perplexitas, qui affirmant, vel non.
obscura quandoque dissensio ab ipsis intimibus
Evangelistarum, velut quidem difficultas probat, quæ
in Evangelistis ipsis conciliandis sustinent, vel in rebus
quibuslibet compertissimis retinendis. Hanc ego labem
a meis studiis amovere cum facile, tum ut mihi
videor feliciter. Illa enim, quæ a divinis Scripto:
ribus indubia mihi et perspicua non constant
non tam sollicitus eorum inquiro, quam libens
prætermitto. Cum itaque minori circulo mea
scientia contineatur, tamen quantulacunque
illa erit, et in rebus divinis, et in rebus eru:
ditæ ratione confirmatis dabo operam ut con:
sistat. Seriem historiæ Christianæ suscipio ex
quatuor Evangelistis ostendendam, et omnium
simul prosequutus stilum uno continuandam.
Peto igitur hanc veniam meis institutis necessa:
riam, meis rationibus convenientem, ut mihi liceat
id peragere quantum modo assistent Evangelistarum
suam testimonia. Aliorum opinationes, qui istac
aqua remigaverunt non contemno, utcumque non
sequor. Sed cum inter omnes diversitatis plurimum
videatur, non tantundem appareat certæ rationis;
ita laudabo singulos, quotiescumque accedentes comperiam
meis partibus, ut neminem in summa profitear
ducem, quem sæpius debeam refellere, quam
sectari. Ergo a visione Zachariæ unde incipit
S. Lucas Evangelium ad nativitatem Joannis Baptistæ,
hæc summa rerum, et epitome est.
1. Elisabeth concipit Joannem Baptistam menses totos quinque. Luc. c. 1. v. 5. ad 25.
2. Mense conceptionis Elisabeth ineunte sexto Gabriel venit ad Mariam. v. 26.
3. Maria virgo tunc desponsata erat Joseph, sed nuptias nondum celebraverat. v. 27.
4. Describit Matthæus generationem Christi Domini secundum carnem
per virginem matrem c. 1. v. 1. ad 17.
5. Lucas describit generationem, genealogiamve matris
dicere Joseph. Luc. c. 3. v. 23.
6. Divini verbi incarnatio post tempore nuptiarum
matris virginis solemnia Luc. c. 1. a v. 26. ad 38.
7. Maria virgo invenitur in utero habens jam sponsa, at
nondum conjux, sive uxor Matth. c. 1. v. 18.
8. Angelus in somnis monet Joseph ut festinet nuptias Matth. c. 1. [illegible]
9. Joseph nuptias cum Virgine celebrat Matth. c. 1. v. 24.
10. Post hæc omnia Maria visitat Elisabeth. Luc. c. 1. 39. etc.
11. Revertitur Nazareth ante natum Joannis Baptistæ. ib. v. 56.
12. Post abitum Virginis ab Elisabeth Joannes nascitur. ib. 57. etc.
Hæc continuatio perspicua [illegible], et aperta valde considerantibus,
sed propter illorum opiniones, quarum [illegible]

authoritas potest objici, probantur singula breviter necesse est.

Primum, alterum, et tertium de conceptione Elisabeth quinque menses, deque annunciatione B. Mariæ Virginis sexto ineunte mense ac Elisabeth conceperat; tum illud tertium, quod videlicet fuerit id temporis Deipara Joseph desponsata, ita continuata succedunt, ut ambigendi de his locus nullus sit: quippe et a solo D. Luca alterum post alterum referuntur; et nihil est in aliis Evangelistis, quod ad id temporis pertinere possit.

Quartum quod ponitur et quintum non pertinent ad continuationem historiæ Christianæ, quidem, sed perhibent notionem personarum ad illam pertinentium; de hujusmodi dicetur alibi dissertatione peculiari.

Sextum manifeste constat. Certum est enim Deiparam concepisse in ipsa Angeli visitatione antequam illud contigerit Lucæ C. 1. v. 38. Et discessit Angelus ab ea. Atqui Angelus visit desponsatam, nondum maritam. Ergo divini Verbi incarnatio præiit tempore nuptiarum Matris Virginis solemnia.

Sequuntur hæc solemnia nuptiarum Beatissimæ Virginis, quanto nam facta fuisse suspicemur. Mirror dubitari. Tamen ut constet, jamdiu paravi uberem orationem, quæ alibi inter selectas quæstiones circa Evangelia a me inseretur. Certum et exploratum habeo nuptias Virginales celebratas tum fuisse, cum, veluti refert D. Matthæus C. 1. v. 24. Exsurgens autem Joseph a somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, et accepit conjugem suam. Vide Baronium, secundum quem ita et Spondanus in App. ad ann. n. 24. ergo et postquam Virgo beatissima inventa est in utero habens de Spiritu Sancto, et [illegible] jam mense sexto conceptionis Elisabeth. Id quod recenseo in epitome n. 7. 8. 9.

Nuptiis Virginis rite celebratis Maria venit ad Elisabeth. Intelligis cur S. Lucas C. 1. v. 56. non accurate illud refert: Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, et reversa est in domum suam. Iverat enim ad Elisabeth incepto mense sexto conceptionis Elisabeth. Tandem post, dum nuptiæ suæ curarentur, quod omnino intra paucos dies factum est ante exitum noni mensis conceptionis Elisabeth reversa Nazareth, et antequam Elisabeth pareret. Non igitur totis tribus mensibus cum Elisabeth remanere potuit. Proinde inquit non mensibus tribus, sed quasi mensibus tribus.

Sunt autem qui velint nuptialia Virginis celebrata esse postquam illa ex montanis Elisabeth reversa sit, quorum oratio tamen non penitus probari potest. Nam cum testetur S. Lucas miracula visa in natu Joannis Baptistæ super omnia montana Judææ vulgata fuisse c. 1. v. 65. utique illud etiam in his vulgatum fuerit, Elisabeth a Domini matre visitatam; idque non certe nullis innotuit. Id aperte enim cecinit Zacharias ib. vv. 68. 69. 70 Benedictus Dominus Deus Israel quia visitavit, et fecit redemptionem et erexit cornu salutis in domo David sicut locutus est. Puter Joseph quasi per tres menses totos tam inscium fuisse de sponsa Virgine, ut in signis, et ostentis, quæ fiebant unus latuerit, unum omnia latuerint." Pertinebat ille propter Mariam ad cognationem Zachariæ. Potuit ne igitur tres menses fere totos nescire divinum mysterium nisi ab angelo doceretur." 'Quid necesse erat doceri illum ab Angelo, cuius in domo cognata, in qua mysteria quorum ille tam proxime futurus erat particeps prædicabantur." Ergo ante illud mensium ac temporis dum Maria fuit apud Elisabeth, nuptialia Virginis celebrata sunt.

Post ~~hæc omnia igitur~~ peracta igitur solemnia nuptiarum Maria B. Virgo visitat Elisabeth, ut assero n. 10. in epitome. Reliqua per seriem consequentur n. 11. et 12. Duo tamen de colligi licet facile. Est unum de anni tempore, quo Joannes Baptista natus videatur, alterum quo B. Virgo nuptias celebravit. Nam Christus Dominus erat incipiens quasi annorum triginta in Januario cum Baptismum in Jordane conveniret ut liquebit, cum ad eum locum hæc oratio pervenerit; ergo probatur apertissime Ecclesiæ traditio, quæ natum illius commemorat circa finem decembris. Habebat Joannes in utero Elisabeth initium fere sexti mensis, cum Virgo beatissima cœpit mater esse; ergo Junio ille natus, et Settembri generatus et satus est. Sanctificatus porro post Virginis nuptialia, quantum conjecturæ nostræ possunt fidem facere; atque hæc fere circa initium Aprilis unde ad diem quo nunc etiam Joannis nativitas ab Ecclesia recolitur excurrunt tres non toti menses, sed ut accuratissime scripsit S. Lucas fere tres.

Ubinam fuerit Elisabeth, Scriptura sacra non refert. In montanis, et in civitate Juda eam fuisse dicit S. Lucas c. 1. v. 39. Spondanus in app. ann. in genere ex Baronio n. 27. "in urbe illa Zachariæ fuit Hebron, sive Chebron, aliter dicta Cariatharbe, civitas sacerdotalis distans ab Hierosolymis viginti duobus milliaribus."

~~Vide~~ Spondanum e Baronio in Epitome app. ad ann. n. 37. habes ob oculos hæc proferentem.

Joannem Baptistam esse in utero materno conceptum anno ab urbe condita septingentesimo quinquagesimo Coss. Sabino et Rufo Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ anno primo Augusti Imperat. a triumviratu anno trigesimo nono octavo Kal. Octobris post equinoctium et solemnis jejunii tempore, excerpsit ex Baronio Spondanus appar. ann. n. 25.

Cap. 10.

1 Dominus nascitur.
2 Pastores evangelizantur.
3. Puer circumciditur.
4 Sistitur Jerusalem in templo.
5. Venit Nazareth
Luc. c. 2. v. 1 ad 39

Cap. 11

1. Magorum visitatio.
2 Puerorum cædes.
3 Fuga in Ægyptum
4. Reditus Nazareth

Math. c. 2. v. 1. etc

Cap. 12.

1. Christus dominus puerascit.
2. Disputat in templo.
3 Adolescit
Luc. c. 2. a v. 40. ad finem.

Dissertatio 2.da

~~Utrum quæ et~~ Quodnam verum earum extiterit tempus quæ D. Matthæus refert c. 2.

Terret in scribendo vel audacissimos si qui meminerint illud Ciceronis de Natura deorum l. 1. p. mihi 5. ubi inquit: profecto eos ipsos, qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio. Simplex historia, et aperta scriptura patet inter duos Evangelistas D. Matthæi, Lucæque generationem domini, natumque secundum carnem referentium. Verum tamen, ut Lucas qui post Matthæum scripsit supplere multa voluerit quæ fuerant a Matthæo prætermissa. Quo illa loco supplenda oporteat insinuasse non obscure satis arbitratum puto, nam accuratissimus, et absolutissimus in scribendo D. Lucæ manifestissime est, non illa tamen exprimit: hinc tanta controversia existit, ut cum rem probe in contextu sectionum Evangelicarum examinem, non ignorem, quam multos interpretes eorum gravissimos habeam contra me sentientes. Fit itaque ut cum etiam aliquid habere certi mihi videar, in eo ipso quod exploratum comperio, addubitare cogat hominum doctissimorum de continuatione historiæ simplex diversitas dissensio. In quo tamen periculo illa satis me consolatur, nam et si magna habeam interpretes nobilissimos opinione contrarios, non deest tamen mihi quidem gravior

authoritas. Ipsos enim Evangelistas compello mihi auctores; illi ipsi suis suffragiis me tueantur. Et quidem praesto illi sunt optatis, si nihil asseruisse inveniar, quod ad eorum scripta non videbor quam religiosissime retulisse. Quod quidem et si omnes fecerunt sanctissime, quos contra me sedentes ex aliis partibus novimus ad hanc diem recte ac fideliter suam operam in haec studia contulisse; tamen non ut quisque aliquid sequitur, etiam assequitur. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat sed qui incrementum dat Deus. 1. Cor. c. 3. 7. Ergo habe, Theophile sequentem in Christiana historia epitomen, et vide an probabiliter.

1. Dum describitur Judaea, ibi Jesus nascitur.
2. Pastores evangelizantur ab Angelo de nato domino, isque ab illis visitur.
3. Post dies octo circumciditur.
4. Post quadraginta sistitur in templo, ubi de illo vaticinantur Simeon, et Anna.
5. Indeque revertitur in Galilaeam Nazareth in suam civitatem.
6. Tum magi veniunt Hierosolymam quaerentes dominum.
7. Remittuntur Hierosolymis Bethleem.
8. Veniunt iterum stella duce in domum Nazareth, ibique domino dona offerunt.
9. Revertuntur deinde in regionem suam.
10. Post Herodes occidit pueros a bimatu, et infra.
11. Mox defuncto Herode dominus revertitur Nazareth.
12. Ibique puerescit et adolescit quousque interrogat anno aetatis suae duodecimo doctores in templo.

Probabilius continuationis hujus in eo tota quaerenda est utrum D. Matthaei historia Capitis secundi subnectenda ibi sit, ubi D. Lucas c. 2 v. 39. narravit Parentes Jesu reversos Nazareth postquam quadraginta dierum a nativitate transivissent dies. Contendunt enim magnis animis, illum in ipso stabulo, ubi natus est visum fuisse a Magis die decima tertia. Hoc tamen qui sustinere volent, dum ita esse asserent, nunquam distinebuntur magnis difficultatibus. Pone vero dominum a Magis adoratum fuisse anno aetatis suae ineunte secundo, conjungeque historiam facti hujus a D. Matthaeo narratam sub v. 39. c. 2. D. Lucae, quod a nobis factum vides, ita secundo flumine tota res continuatur, ut duorum Evangelistarum contextus nihil difficultatis non modo amplius faciat, sed nec facere possit. Nihil etenim juxta hanc sententiam quod uni opponatur, non continuo facillime dissolvatur. Quapropter hanc ego sententiam non modo complector quia facilem, sed etiam recipio ut verum; quia est mihi in historia loco firmissimi argumenti, si quid ita asseveratur, ut eam contextibus citra omnem difficultatem haerere, et conciliari reperiatur. Venio igitur ad argumenta.

[Margin: eandem sententiam Casaubonus in Chron. et Epiphanius et alii hic sequuntur [illegible] ut pridem [illegible] fuit [illegible] Baronii ad ann. Ch. 1 n. 6.]

Matth. c. 2 v. 7 Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellae, quae apparuit eis. et v. 16. Herodes occidit pueros a bimatu, et infra secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Ergo Magi viderant stellam biennio ante, quam Jerosolymam venissent.

Intelligi fuisse tum integrum alterum a Domino jam
nato annum, cum in eas partes venissent. Scripturarum
aperta est; nec in partem contrariam deflecti nisi invita,
et reluctans potest.

Illud est alterum, nam volunt Magos venisse ad eum
ipsum locum, in quo Dominus natus fuerat; dico ad
præsepium Bethlehem: nam Luc. c. 2. v. 7. peperit:
et reclinavit eum in præsepio. Cum D. Matthæus dicat
apertissime Dominum adoratum fuisse in domo, et non
in præsepio. Inquit enim ibid. v. 11. et intrantes domum
etc. adoraverunt. An non præsepium, et domus res
diversæ sunt? Quod si eodem anno et quidem quo
die decimatertia post natum Magi Jerosolymis adfuerunt,
profecto ad præsepium venissent, inde enim mater
propter legem Levit. c. 12. ante dies purificationis
discedere non poterat. Hæc sunt argumenta
firmissima, quæ sacra fides ex testimonio duorum
evangelistarum petita suppeditat, ut certum ha-
beamus Dominum a Magis anno altero ætatis
ineunte esse visitatum fuisse

Tertium etiam argumentum peti nec leve potest aliqua
conjectura quam faciunt ipsi iidem divini Scriptores.
Nam ~~Matth. cum ap...~~ Math. v. 11. apertis thesauris
suis obtulerunt munera aurum, thus, et myrrham:
At Luc. c. 2. v. 24. legimus datam hostiam pro
Christo par turturum, aut duos pullos columbarum.
videlicet hostiam pauperum. Nam dicit Levit. c. 12.
v. 8. Si non invenerit manus ejus, nec potuerit
offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos
columbarum. Si autem Magi adfuerunt die decima
tertia post natum Mariæ et invenissent manus, et
poterat offerre agnum. Ergo Magi visitaverunt post
dies quadraginta totos purificationis Mariæ: et consequenter
anno secundo a nato Domino.

Quæ objiciunt assertores alterius partis, sunt illa levissima;
Nam cum in historia sacra nihil sit de nostro judicio
arbitrio asserendum, quod non sacrarum Scripturarum
monimentis innitatur; multo minus, quod traditis
talium Scripturarum adversetur tamen cum argumenta,
quæ hactenus posuimus talia sint, ut nulla vis hominum
possit illa refellere, tum quæcumque adversarii afferunt,
omnia sine sacro teste exaggerantur. Dicunt enim: Magi
confestim ac stellam viderunt, venerunt: ergo cur
biennio post, vel altero jam tandem anno? Velim
dicant, qui sciant illos statim venisse, ac stellam viderunt?
quo est teste probent. Cur non consuluerunt, quæ stella
5\. appareret? cur non dubitaverunt, quale esset signum?
[illegible] non diutius admirati sunt? Cur non invicem
Sapientes illi, aliique contulerunt sententias? Cur
post hæc omnia non consilium visitandi ceperunt?

Cur non et consideratio de natura signi, et aspectus, et curiositas cognoscendæ rei, quæ portendebatur, et voluntas suscipiendi itineris, et cautio illa, ut providerent, an ab æmulo Herode nati regis aliquid incommodi paterentur; nam et requirebant regem, et apud Herodem, et non de gente, et sanguine Herodis: cur inquam hæc omnia non animum illorum, non factum retardarunt? Potuerint non retardare. Divus Matthæus dicit, Herodem occurrisse suis suspicionibus iuxta tempus, quod exquisierat a magis idque a limatu. Ergo revera retardati sunt. ~~illud leve est etiam quod afferunt insinuare~~ Concedant igitur qui humanis coniecturis, et hominum arbitrio opinionem tuentur suam, ubi nec fas, nec bonum esse sinit divina auctoritas in tali labore persistere.

Illud etiam non prætermittam quod veterio allatum ab iis, qui contra nos sentiunt, quod volunt insinuatum ab Evangelista protinus Magos advenisse postquam Christus natus est, quia ille dicat v. 1. Cum ergo natus esset etc. ecce Magi venerunt. Nam ecce is non proximum sed definitum aliquod significat tempus. Neque enim illa particula semper eodem modo ad tempus refertur, sed quandoque aliquid innuit longe post futurum, quod necesse est, omnibus constet, qui vel mediocriter lectionem prophetarum attigerint. Intelligo illud Isaiæ de futuro Virginis partu Cap. 7. v. 14. Ecce virgo concipiet, et pariet filium etc. nec dilectim vaticinium impletum est atque fuit pronunciatum. Illud autem neque ad æternum proximum erat Cap. 3. v. 1. Ecce dominus auferet a Ierusalem, et a Iuda validum et fortem, sed tandem in illis exitium, cuius modi sunt sexcenta quæ videri possint. At significat particula illa proximum tempus cum ad præteritum magis, quam cum ad futurum refertur. Minime et hoc quidem. Nam illud v. g. Iob C. 4. v. 3. Ecce docuisti multos, et manus lassas roborasti ad tempus vitæ præteritæ universum sancti viri refertur, quod a præsenti illius calamitate penitus discedebat. Quis non potius hinc adverbium vim connotativam remoti temporis existimaverit. Idem tamen ~~[illegible]~~ auctores qui ecce particulam ad tempus proximum semper trahunt, tunc adverbium per id distrahere ad intelligendam speciem temporis multo remotiorem cum in hoc ipsum D. Matth. Capite legeretur. (Casaub. l. 11. C. 5. resp. ad 7.) censere probabile id quod fit) semper vero similius fuit Herodem terminum coercitum ut accuratione a tempore requireret, stragem illam puerorum edere distulisse, quam edidit postea, cum Hierosolymam regressus est. Ut igitur litem in hac de particulis dissolvamus, dico ~~neque~~ ecce particulam nihil roboris habere contra nos, ut de sententia, quæ ex textibus Evangelistarum apertissime confirmatur debeamus recedere. Ut die tertiadecima post natalem dominum adoratus a magis. Ego etiam volo quam maxime, sed secundo ætatis domini anno iam inchoato

Hæc cum ita sint de tempore quo Magi adoraverunt, fit reliquum ut expedita valde sit continuandi huius capitis historiæ Christianæ usque ad annum domini decimum secundum. Nam historia divi Matthæi continuato incœpta procedit toto Capite secundo. Lucas compendio utitur, multa consulto perstringens, multaque prætermittens, cum C. 2. v. 40. dicit. Puer autem crescebat et confortabatur, plenus sapientia, et gratia Dei erat in illo. Quo illa pertineant v. 41. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemni Paschæ, ita plane per se quisque cognoscere potest, ut difficultatem non perdiscitur.

Ecce venit vir cui nomen Iairus, inquit S. Lucas C. 8. v. 41. quo loco tamen non id narrat quod proxime post ea quæ, ratenus factum est, sed immo quod longo intervallo recedit a continenti filo actionum Christi, nam Iairus venit ad dominum redeuntem tantum in domo Matthæi, id quod S. Lucas supra retulit C. 5 v. 33 et infra Vide in Catena l. 3. C. 35 et tom. 10. Itemque tom. 11. aliud exemplum

Liber secundus.

Cap. 1.

1. Apparitio Joannis Baptistæ de deserto.

Luc. c. 3. v. 1. 2. 3. Matth. c. 3. v. 1. Marci c. 1. v. 4.

Anno autem quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituræ, et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinæ tetrarcha: sub principibus sacerdotum Anna et Caipha: factum est verbum domini super Joannem Zachariæ filium in deserto. In diebus illis autem venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ. Fuit Joannes in deserto baptizans et prædicans ~~baptism~~ baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: Et venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Cap. 2.

1. Joannes cum prædicatione sua inchoat Evangelium, sive prædicationem regni Christi.

Marci ~~[illegible]~~ c. 1. v. 1. 2.

Fuit ergo inde initium Evangelii, seu prædicationis Jesu Christi Filii Dei, juxta illud quod scripserat Isaias futurum ut ante Christum præmitteretur prænunciator: inquit enim Malachias c. 3. v. 1. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Dissertatio tertia.

1. De usu scripturæ veteris in novo testamento.

De usu scripturæ veteris in novo testamento ~~illa~~ videtur fere esse, quæ venire in disputationem possit. Una quæ fere exemplari usi sint testamenti alterius scriptores. Huic difficultati occurrere possem, quamvis ad meum institutum minus pertinet. Satis habebo si reponam quod S. Hieronymus præfatione in Paralip. „Cur „me non accipiant Latini mei, qui inviolata editione „veteri ita novam condidi, ut laborem meum Hebræis „et quod majus est Apostolis auctoribus comprobem. „Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, „ostendens illa de Evangelio: ex Ægypto vocavi filium „meum, et quoniam Nazaræus vocabitur, et videbunt „in quem compunxerunt: et illud Apostoli: quæ oculus „non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, „quæ præparavit Deus diligentibus illum: cæteraque „his similia in Hebræorum libris inveniri. Certe Apostoli „et Evangelistæ Septuaginta Interpretes noverant: et „unde eis hæc, quæ in Septuaginta Interpretibus non habentur?

"Christus Dominus noster utriusque Testamenti conditor, in
"Evangelio secundum Joannem: qui credit, inquit, in me, sicut
"Scriptura dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ
"vivæ. Utique scriptum est, quod Salvator scriptum esse
"testatur. Ubi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha
"nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur revertendum est, unde
"et Dominus loquitur, et discipuli exempla præsumunt &c.
Hæc doctor maximus S. Hieronymus. Igitur in novo Testamento
Scriptores Sacri fere adhibere consueverunt Hebraicam lectionem,
si pauca exempla excipias quandoque apud S. Lucam
quandoque apud S. Paulum, præcipueque Epistolam ad
Hebræos, de quibus videri potest Canus l. 2. c. 11. in responsione
ad objectionem 2. Cap. præcedentis. ~~et in Epistola ad Galatas~~

Cit. Baron. ad ann. Domini 60. n. 19. In editione quæ hodie vulgata est S. Matthæi (nam quis divinaverit, quomodo in autographo fuerit scriptum) ex septuaginta interpretatione illud legimus Matthæi Cap. 15. v. 9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, et mandata hominum. Isaiæ in vulgata Cap. 29. v. 13. Et timuerunt me mandato hominum, et doctrinis.

Alterum est, quo sensu Novi Testamenti Scriptores usurpare
sententias figurasve vetustioris instrumenti consueverint.
Nam cum et sensum litteralem noverint, et mysticum;
tamen in utroque explicando incredibilis varietas est
sententiarum. Et mysticum plerique dividunt secundum
allegoricum, anagogicum, et tropologicum, ut videri potest
S. Augustinus apud S. Thomam 1. p. q. 1. art. 10. Sed diversitas
hæc quoniam non aliunde petitur, quam ab objecti diversitate
ad quod tropus, et figura quæ de Scriptura sumitur, refertur;
Nam " secundum quod ea quæ ~~[illegible]~~ sunt ~~[illegible]~~ veteris
"legis significant ea, quæ sunt novæ legis, est sensus allegoricus;
"secundum vero quod ea quæ in Christo sunt facta, vel
"in iis quæ Christum significant, sunt signa eorum quæ nos
"agere debemus, est sensus moralis; ~~secundum~~ prout vero
"significant ea, quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus &c.
inquit S. Thomas: quoniam inquam diversitas hæc intelligendi
Scripturas, interpretandique non aliunde petitur, quam
de objecti diversitate ad quod Scriptura refertur, placet
modos illos omnes sub uno mysterii, vel allegoriæ nomine
omnes comprehendere.
Non ita consentiunt, cum definiunt quis sit sensus litteralis,
et generatim etiam quis mysticus. Illa ergo prima significatio,
qua voces significant res, pertinet ad primum sensum qui
est sensus historicus, vel litteralis, inquit ib. verissime
S. Thomas in corpore. Et illud: illa vero significatio, qua
res significatæ per voces, iterum res alias significant, dicitur
sensus spiritualis, qui super litteram fundatur, et eam
supponit. Hactenus S. Thomas et perspicue penitus,
quantum doctrinæ veritas postulat, nisi anceps[illegible]
doctorem multorum exempla fecissent, qui litteralem,
et mysticum ita perturbant, ut quod mysticum ~~est~~
omnino est, totis animorum viribus contendunt esse ~~[illegible]~~
litterale. Reperies frequentissimos qui asserant de fide esse Canticum
Canticorum et Psalmos plerosque de Christo scriptos
fuisse ad litteram. unum ponam exemplum ps. 109.
qui incipit: dixit Dominus Domino meo &c. cum imo
de fide sit esse illum de Christo non ad litteram,
sed in mysterio. Nam si illi cum S. Thoma concedunt,
sensum mysticum esse eundem, et spiritualem, qui

sensu ille psalmus ad [illegible] ... nemo
melius definire potest ipso uno Christo Domino,
cujus illa vox est apud S. Matthæum c. 22. vers.
43. 44. Quomodo ergo David in spiritu vocat
eum Dominum dicens: dixit Dominus Domino meo etc.
Horum per ambages ut aliquam semitam, quæ ... recta
videretur, S. Thomas portenderet, aliam ...
sensus Scripturarum litteralis definitionem tradidit
in hunc modum. sensus litteralis est quem auctor
intendit. Hujus tamen definitionis quanti amplitudo
sint, ille continuo videre potest, qui consideret,
cum Deus, ut S. Thomas subsequitur, auctor
sit Scripturæ sacræ, et quidem qui omnia simul
suo intellectu comprehendit; cum ille optime
noverit omnes non modo, quæ fuerunt hactenus
sed etiam, quæ subinde essent futuris temporibus
Scripturarum interpretationes, inde confici, ut
nulla penitus vel levissima allegoria de Scripturæ
fonte attingatur, quæ dici jure non possit interpretatio
Scripturæ litteralis.
~~Aliter videtur S. Joannes Chrysostomus mysticum
sensum definire Scripturarum, ut videlicet ille sit
qui sive allegoriam habeat sive non allegoriam
tamen non primo nec facile legenti pateat, sed qui
profunda, et accurata cogitatione de mente vel dicentis,
vel scribentis rimandus et investigandus sit.~~
Ergo de sensu Scripturæ litterali hoc esto definitum universe,
esse illum eam primam significationem, qua voces
significant res. At sensum mysticum multifarie
possumus intelligere. Primo enim si quod allegoriæ
tegmine ita offenditur, ut aliter verba, aliter res
sub verbis latens per totam orationem significent,
hoc plane mysterium est. Ita mystice passim
verterunt majores nostri Canticum Canticorum,
in quo etiamsi Dei, et Ecclesiæ nullibi mentio
est; tamen de hoc sacramento communiter tradiderunt.
Hæc mysterii propriissima ratio, et significatio est,
quod pertinet ad præsentem orationem. Nam
sunt aliæ mystici sensus rationes, quæ tamen a
litterali sententia discrepare minime videantur.
Puta primo si tropus sit in aliquo verbo, et non
totam orationem immutet, ut cum dicitur Genes.
c. 6. v. 6 Pœnituit Deum, quod hominem fecisset
in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus. etc.
Etiamsi translationem illa verba plerumque habeant
tamen sententia est litteralis quia Deus ...
orationis est; cujus idea ex vi ipsa orationis percepta
præstat, ut quilibet recte intelligens facile possit
accommodare mentem ad ea, quæ intelligenda sint
sub vocibus translatis et pœnitentiæ, et doloris in
tructu, et cordis, utcumque non conceptat vel esse
talia in Deo, vel cadere in Deum. Aliter sensus
mysticus dici potest quælibet obscura parabola, cujus
compositio minus veram exhibet ... speciem; tamen
facile est cognoscere, quid per illam significetur.

Etiam in his res significata magis ad litteram spectat quam in mysterio asseritur. quia ejusmodi imagines non sunt propter se institutæ, sed propter illud tantum cujus præferunt similitudinem. ut cum remisit Joas ad Amasiam 4. Reg. c. 14. v. 9. Carduus Libani misit ad cedrum etc. perfacile est intelligere nomine cardui, et cedri duos reges impares viribus esse adumbratos, qui vellent invicem esse controversiam. At hic etiam sensus a plerisque habetur litteralis. quia cum sub qualibet oratione, oporteat una sit litteralis intellectio, sub tali certe omnino est, quam verborum figura adornat. et quæ sola accuratius est quam verba ulterius protracta ad significandum subsignificant. Ultimo loco mystica oratio dicitur magis obscura, etiamsi verba non in translatam, sed in propriam significationem accepta videantur. Talis est oratio quam Dominus habuit ad Nicodemum Jo. c. 3. in qua pleraque obscura Nicodemo acciderunt, cum tamen naturaliter, et in sensu litterali dicerentur. Ut illud v. 7. non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. ubi utraque nativitas in sensu vero et proprie dicitur, et non in figurata; et tamen spiritualem Nicodemus non intelligeret. Neque enim ibi tropus est, sed litteralis sententia, cum legis Jo. c. 1. v. 13. Qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt.

In hanc porro quoque rationem sensum Scripturæ mysticum videtur intelligere S. Joannes Chrysostomus, scilicet obscurum et difficilem et profundum. Quod si vim vocabuli inspicias, ea acceptio congruentissima est. Μύω enim Græce non aliud quam claudo, celo, vel abscondo est. Itaque S. Joannes Chrysostomus cum de sensu obscuro Scripturarum loqueretur in Joan. hom. 46. vertente Aretino inquit „Quid est carnaliter intelligere? simpliciter, ut res dicuntur, neque aliud quidpiam excogitare. Non enim ita judicanda sunt, quæ videntur. sed mysteria omnia interioribus oculis consideranda, hoc est spiritualiter.„ Et in eundem Joannem hom. 58, ubi cap. 5. exponeret S. Joannis in quo alia omnia potius interpretatio mysteriorum quam allegorias, et metaphoras inquit: Nimiam verborum humilitatem maxime intelligentibus persuadere non quæ in promptu et prima fronte sententia occurrit, eam accipiendam, sed altiorem sensum investigandum, neque humi immorandum. Hæc acceptio sensus mystici et litteralis innititur auctoritate Scripturæ. Dominus enim Joan. c. 6. cum multa litteraliter de sacramento sui corporis, quod sub specie panis continetur ac daturum, dixisset maxime ad litteram, quæ tamen obscura admodum ipsis fuerunt, quæ discens, subjunxit v. 64 Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus, et vita sunt. Ergo ipse sensus Scripturarum maxime litteralis, tam spiritualis est, ut nisi ab homine spirituali intelligi possit. Vide 1 Cor. c. 2. v. 14. 15.

Ergo et hac definitione habetur, rationem omnem interpretandæ Scripturæ per Allegoriam, cum sub littera subest alius aliquis magis proprius, et naturalis, et non negligendus intellectus, mysticam esse et non litteralem. Et illa sunt per allegoriam dicta Gal. c. 4. quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera v. 22. quatenus sunt duo testamenta. Nam licet ipsa historiæ tum veritas sit, tamen ex historia per apostolum alia rerum traducitur veritas ad Christi sacramenta. Hæc porro Scripturas vertendi mystice ratio, quam fuerit olim in Ecclesia familiaris, refert Eusebius Cæsariensis ex Philone in historiæ l. 2. c. 30. Expositiones autem inquit Sacrorum voluminum ab iis fiunt figuratæ per allegorias. Universam enim legem similem esse existimant animali; et verba quidem ipsa corporis instar esse: occultum autem sensum, qui sub verbis latet, animæ speciem quandam habere. Quem quidem sensum hæc secta scrutari, et contemplari primitus instituit, in verbis ipsis, velut in speculo quodam admirabilem sententiarum pulchritudinem contuens. Dubitant autem, quam vim in confirmandis faciant Scripturæ per allegoriam translatæ; et an certam fidem inducant an vero tantum inferant probabilitatem. Graviter enim improbat S. Augustinus l. 22. contra Faustum illos qui humanas interpretationes non recipiant cap. 90. inquiens: Has autem rerum gestarum allegoricas narrationes si nolunt Heretici, sicut a nobis exponuntur accipere, vel etiam nihil eas, nisi quod proprie sonant, significare contendunt, non est luctandum cum hominibus, qui dicunt, non sapit palato meo, quod sapere dicis tuo.

Qua de re illud primo certum est, et de fide, interpretationes Scripturæ veteris a Scriptoribus novi instrumenti usurpatas non modo literales, sed etiam per allegoriam dictas sententiam continere et facere, quæ de fide est. Cujus rei eam fere afferunt rationem; nam interpretationes illæ accesserunt in partem Scripturæ ~~pariter de fide~~ quæ pariter de fide est; nam ~~certe~~ illæ novi testamenti singulæ faciunt partes, in quod concessimus. Quod cum Scriptura divina, et de fide sit, necesse est quoque eamdem de fide habere firmitudinem illa omnia, quæ illud ineunt atque componunt.

At hæc ratio non solvit difficultatem. Non enim quæstio est quasi nostri temporis, utrum novum testamentum ita universum de fide sit, ut singulæ sententiæ, quæ in illo habentur, fidei firmitatem apud nos habere debeant; id enim dubium non est; sed quærimus cum apostoli suis temporibus figuras, et allegorias ex primo testamento desumerent, quatenus vel haberent ratam se fidem certam facturos; vel auditores illorum temporis judicarent talibus se testimoniis debere manus dare victas, et habere persuasum. Quapropter quæritur, utrum in allegorica vi Scripturarum sit aliqua tanta vis, quæ faciat argumenta de fide. Esse negat Bellarminus <u>de Verbo dei l. 3. c. 3.</u> cujus illa oratio est: „In convenit inter nos et adversarios „ex solo literali sensu peti debere argumenta efficacia; „nam eum sensum, qui ex verbis immediate colligitur, certum est sensum esse Spiritus Sancti. „At sensus mystici, et spirituales varii sunt: et „licet ædificent, cum non sunt contra fidem, aut bonos mores, tamen non semper constat, an sint a „Spiritu Sancto intenti. Quocirca B. Augustinus „in Epistola 48. ad Vincentium merito ridet Donatistas, qui ex illis verbis mystice explicatis Cant. 1. „Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie, colligebant Ecclesiam Christi in sola Africa remansisse. Hieronymus quoque in Comment. c. 13. Matthæi „docet fidei dogmata ex mysticis sensibus non „posse efficaciter confirmari."

Esse assero, et asserendum affirmo necessario. Cum enim Apostoli olim ex Scripturis Christum testificarentur, per hunc fere modum confirmabant. Atqui id efficiebant inconcussa fide. Ergo vis hæc mysticæ interpretationis Scripturarum intima est, ut argumentum de fide facere possit. Adjungo illud. Post resurrectionem suam Dominus Apostolis aperuit sensum, <u>ut intelligerent Scripturas</u>, est hoc, quasi diceret: dedit illis facultatem, ut Scripturas de re ipsa recte interpretarentur. Lucæ Cap. 24. v. 45. Subjungit que v. 46 et dixit eis: quoniam <u>sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die</u>. Scriptum est: quod dicit, consonat cum eo quod paulo ante dixerat v. 44. <u>scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et psalmis de me</u>; quæ partim mystice de illo scripta et per allegoriam sunt. At dubio est procul Dominum dedisse apostolis intelligentiam Scripturarum firmissimam, et maxime persuadentem. Ergo vis illa intima est interpretationis mysticæ Scripturarum, ut fidem certam facere possit. Atque non omnes interpretationes per allegoriam, quæ hodie excogitantur, vel quæ ab antiquioribus petitæ ... reperiuntur, ita recipiuntur quasi argumentum faciant de fide. Quinimo, nunc eas expungunt. et propter illas, quæ in libris Canonici, Evangelistarum, et Apostolorum sunt, propter utentium ipsorum

auctoritatem, nullas recipiant, aut potius levitatis reprehendant. Ergo ratio illa investiganda est, quare in ore Apostolorum eam vim fecerint, nunc autem non semper faciant; et illa, utrum nunc etiam vim eamdem facere possint.

Quoniam disquisitio haec nova, et nostra parit..., est, in re tritissima ita incedendum est, ut ubi de fide agitur, Scripturam ipsi fidem, et persuasionem facere possimus. Censeo itaque tria cum primis ab Apostolis, et Evangelistis fuisse observata, ut figuras veteris testamenti ad figurata mysteria concinnat persuasione traducerent. Primum est congruens ratio imaginis. Sic apud Apostolum ad Gal. c. 4. illa: quoniam Abraham duos filios habuit unum de ancilla, et unum de libera; sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem: quae sunt per allegoriam dicta, aptissime et congruentissime comparantur ad ea quae subsequuntur, quod quilibet de se videre potest. Haec enim sunt duo testamenta: unum quidem in servitutem generans, quae est Agar. Illa autem quae sursum est Jerusalem, libera est, quae est mater nostra. Nos autem secundum Isaac repromissionis filii sumus etc. At plerique studio inveniendi uberem figurarum copiam, rebus etiam minime idoneis, et ineptissimis nec raro accommodant sanctissima mysteria. Inveniunt enim in libro Numerorum c. 25. v. 4. Dominus ait ad Moysen: tolle cunctos principes populi, et suspende eos in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel. Clamant continuo imago Christi Domini est, quia et ipse princeps populi sui suspensus in cruce fuit, ut furor Dei averteretur a populo. Neque animadvertunt, praeterquam quod duodenarius illorum numerus non cum Christo Domino congruit, qui unicus fuit; in illis etiam magis videri hanc figuram a Christo diversam, et deformem, quod illi in peccatis suis mortui sunt, Christus in alienis. Clamat contra has interpretationes Apostolus 2. Cor. c. 6. v. 14. et 15. Quae enim participatio justitiae cum iniquitate? aut quae societas lucis ad tenebras? Quae conventio Christi ad Belial? Sic quoniam et Saul appetit mortem 1. Reg. c. 31. v. 4. comparant continuo cum Domino, cujus illa auctio est apud S. Joannem c. 10. v. 15. 18. Animam meam pono pro ovibus meis. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso, non considerantes in Saule desperationem, in Christo ponendae vitae fuisse causam misericordiam. Sic Absalom 2. Reg. c. 18. v. 9. cum adhaesit caput ejus quercui, et v. 14. Joab tulit tres lanceas in manu sua, et infixit eas in corde Absalom inveniunt figuram, quae sibi videatur satis idonea illius, qui pro nobis propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, pependit in ligno. Oportet itaque

primo, ut imago sit contraria rei quam figurat, ut neque deformia comparentur nostris, neque diversa modo suo et ratione sint, quæ simul conferantur. Deformes in eum modum licet videre figuras, et imagines bene multas, utcumque illis usus est S. Augustinus ipse passim vitiis rudis sui sæculi, præcipue in libris contra Faustum; de quibus l. 22. ita concludit c. 83 cum improbasset factum Iudæ ad litteram, qui cum Thamar nuru sua concubuerat Gen. c. 38. et sequent., ut Iudæ factum consideremus, qui cum sua nuru concubuit, quid signaverit factum. Sed prius præloquendum est, ne quemquam parvæ considerationis offendat, quod de quibusdam malis operibus hominum in Scripturis sanctis quædam non mala, sed futura bona significantur: servat enim ubique divina providentia virtutem bonitatis suæ, ut quemadmodum ex adulterinum concubitu formatur, et nascitur homo, de hominum opere malo bonum opus Dei de fecunditate seminum, unde turpitudine vitiorum: ita in scripturis propheticis non tantum bona hominum, verum etiam et malefacta narrantibus, quoniam prophetica est ipsa narratio, significatur aliquid de malis operibus hominum etiam futurorum bonorum, non peccantis opere, sed scribentis.

Illud secundo inspiciendum, esse in iis, quæ prædicuntur deus esse, ac præparari in figuras mysteriorum quæ Christianæ proportionem aliquam cum rebus, quando fuerant deus esse figuras. 1. ad Corint. c. 10. v. 6. Hæc, inquit Apostolus, in figura facta sunt nostri. et infra v. 11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. Populus vetus cum recentiori, mores iidem iisdem fere moribus conferuntur, concupiscentia concupiscentiæ, cetera paria fere paribus. Quod si in figurare plus aliquid majestatis sit quam in figura est, fere habet figura notam certam qua id possit intelligi. Numerorum c. 21. Fecit Moyses serpentem æneum, et posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent sanabantur. v. 9. Fuit illa serpens figura Christi domini. Ratio figuræ in eo elucet quod sicut serpens in signum ille positus est ut sanarentur a morsibus mortiferum. ita dominus servator est ab omni noxa peccati. Habuisse illum hanc significandi rationem, et domini servatoris fuisse typicum, dominus ipse nos docuit Jo. c. 3. v. 14. 15. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quare eleganter inquit Tertullianus de Idolat. c. 5. Illa effigies, inquit, ærei serpentis suspensi in modum figuram designavit dominicæ crucis a serpentibus, idest [illegible] angelis diaboli, liberaturæ nos, dum per semetipsum diabolum, idest serpentem interfectum suspendit. Videsne re naturali patet in æreo serpente divinitus posita fuisse vim naturali majorem, nempe sanationem a morsibus, adeoque esse sibi notam in figura, qua insinuetur esse rem in figuram rei præstantioris.

Alio atque alio rem perficiam exemplo, ut innotescat. Illud Geneseos c. 12. v. 3. in te benedicentur omnes universæ cognationes terræ quod infra repetitur iterum atque iterum sæpius, manifeste habet, unde Christiani qui sacramenti præfiguret. Illud item, quod S. Matthæus c. 2. v. 15. ex Osee c. 11. v. 1. ex Ægypto vocavi filium meum Item psal. 44 v. 12. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus Deus tuus, et adorabunt eum, quod nemo facilitate ad literam de Salomone prædicaverit.

[illegible] id genus [illegible] apertissime insinuant rationem figurandi, quam explicabo quam potero

nullimo. Est enim in omnibus ejus generis figuris aliqua energia, emphasis, et exageratio, quæ rei figurantis figuram facit per se nullo modo proprie competit, nisi hyperbolice, et per excessum. Nam universæ cognationes terræ non aliter in Abraham benedicerentur nisi in Christo fuissent benedicendæ. Neque audiret Israel: quia puer Israel et dilexi eum; et ex Egypto vocavi filium meum, nisi propter illum filius diceretur de quo vox audita est de cœlis dicens: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui Matth. c. 3. v. 17.

Et per eam rationem Salomon dicitur deus [illegible] ut multo plures ex interpretum numero qui eum Psalmum exposuerunt contendunt ad litteram scriptum fuisse de Christo quam de Salomone.

Hos oportet cum nostra conciliare sententia, non enim neque magna res, neque difficilis. Sunt enim innumera exempla Scripturarum quæ Apostoli et Evangelistæ per allusionem [illegible] nant, quæ recentiores vel Patres vel Interpretes totis animis contendunt esse de Sacramento Christi litteralia. In ejusmodi tria attendenda: figura subjecta, dictio, sacramentum. Quatenus figura attenditur sensus hujusmodi Scripturarum [illegible] ut constat est litteralis. Ita in laudato Oseæ loco. ex Egypto vocavi filium meum, litteraliter subjacet Israel, de quo præcesserat in textu: quia puer Israel, et dilexi eum. Sacramentum quod sub eo textu latet, sicut S. Matthæus demonstravit, efficit ut Scriptura illa de Christo sit in mysterio. Dictio tamen pro sublimitate sua magis quadrat dignitati Christi, quam Israelis. Illa igitur, utcumque habeat littera liter figuræ Christi longe infra dignitatem Christi, tamen quia æquat [illegible] vi et energia id quod a Christo [illegible] [illegible], ut [illegible] sententia eadem [illegible] de Christo perhibeatur litteraliter [illegible].

Proinde fit ut non semper quæ personæ vel res subjiciuntur qua ratione figuram, vel [illegible] [illegible] præferunt, eædem vel alia etiam qualibet mysticæ sint, et figuram exhibeant, sed ibi tantum, dum energiam et hyperbolen continuant comparationemve cum novi temporis sacramentis. Huc pertinere potest illud Sancti Augustini contra Faustum l. xxii. c. 94. "Sicut enim in citharis, et hujusmodi organis musicis non quidem omnia, quæ "tanguntur canorum aliquid resonant, sed tantum "chordæ: cætera tamen in toto citharæ corpore ideo fabri"cata sunt, ut esset, ubi vincirentur, unde "et quo tenderentur illæ, quas ad cantilenæ suavitatem modulaturus, et percussurus est artifex: ita "in his propheticis narrationibus, quæ de rebus gestis "hominum prophetico spiritu deliguntur, aut aliquid "jam sonant significatione futurorum, aut si nihil "tale significant, ad hoc interponuntur, ut sit unde "illa significantia tanquam sonantia connectantur."

Quare est argumentandum ut ipse etiam passim in commentariis ubicumque occurrunt figuræ hujusmodi vel referendæ vel explicandæ, affirmem consentiens et [illegible] [illegible] majorum [illegible] modo [illegible] ad litteram, quam in mysterio de Christo [illegible]. [illegible] [illegible] autem ad litteram in sensum [illegible], vel juxta energiam, vel aliquid simile, quod quandoque omitto, et subintelligo, ut scilicet attendas Theophile, me in talibus censere figuram ad litteram non esse de Christo relationem figuræ esse de Christo mysterium, dictionem esse hyperbolicam de figura, applicandam de Christo [illegible].

Tertia illa ratio requiritur volenti facere certam fidem ex mystica applicatione Scripturarum, ut personas et res comparet apposite, et quæ faciunt litteram et quæ sensum spiritalem. Nam ante Abrahæ tempora figura litteræ sacræ per plures aut certe per magis multiplices personas evagatur; videlicet per omnes justos et quos apparet aliquo modo prophetavisse, quos Scriptura Gen. c. 6. v. 2. appellat filios dei. In talibus id genus fere est reperire aliquid, cur figuram mysteriorum præferant novi testamenti. Sic et Abel mactatus propter innocentiam Christum figuravit, et Seth progenies Ecclesiæ populum, et Enos religio, et Henoch translatus ad deum, quorum dicitur ambulavisse Gen. c. 5. v. 22. et Noë salvatio per arcam suis sacramentis per singulos non caruerunt. Verum subinde promissiones factæ sunt Abraham, atque illi dictum est Gen. c. 12. v. 3. in te benedicentur universæ cognationes terræ. Cum hæc benedictio multa compleeteretur, tum illud præcipue, promissiones futurorum mysteriorum Christi in illo, et in semine suo fore in posterum præsignandas. Quare et Gen. c. xxii. v. 18. et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Ergo post Abraham ita historiæ sacræ se habent universe, ut in Abraham, et in semine ejus figuræ Christi, et Ecclesiæ expiscari debeamus; in externis vel remotis, vel gentibus eorum tantum quas Ecclesia etiam respicit velut a se externos, sive ut accedant ad illam, eosque recipiat, veluti Jonæ Gabaonitas, Jos. c. 9 sive ut Ecclesiam impugnent, quales Amalecitæ, et aliæ nationes extiterunt. Nam figuræ veteres datæ sunt patribus quasi pignora fidei in salvatorem deum quem sciebant, et sperabant; fides, inquam quæ illigabatur figuris quasi signaculis, et sacramentis. Neque vero extra illam gentem promissio salutis, neque spes publica et communis multorum. Dicimus enim

Qu in

quia Abrahę reputata est fides ad justitiam. Et signum accepit circumcisionis signaculum justitię fidei quę est in preputio ut sit pater omnium credentium per preputium, ut reputetur et illis ad justitiam. Ut dicitur ad Rom. C. 4. v. 9 et 11. Ergo ratio figurę Christiani sacramenti inde solum petenda est, ubi aliquid ex divina institutione videatur electum fuisse, ut verum sanctissimarum figuram fuisse possit. Legis in Josue Historia C. 8. v. 29. de Hai urbis rege: Regem quoque ejus suspendit in patibulo usque ad vesperam, et solis occasum. Precepitque Josue, et deposuerunt cadaver ejus de cruce. An continuo clamaveris stultissime et profanissime helluonem Christi figuram pre se tulisse? Absit. Pharaonem Deo comparant, quia Joseph dixerit Gen. C. 41. v. 40. Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Dixitque: ecce constitui te super universam terram Egypti. Si velis, esto in Joseph figura Christi domini, cujus illa verissima vox Math. C. 28. v. 18. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. At in Pharaone rege stolido, et fatuo qui neque per se, neque per sapientes nationis regni sui valeret sua somnia cognoscere, cave ... agnoscas figuram omnipotentis, et summi Patris. Recte proinde S. Augustinus contra Faustum l. 22. cum Capite graviter arenuisset: Quia in re hoc primum dico, illorum hominum non tantum linguam, verum etiam vitam fuisse propheticam: totumque illud regnum gentis Hebrę unum magnum quendam fuisse prophetam. Mox C. 48 in eo numero non vult computare Herodem majorem. Tanquam esset, inquit, maritus Thamar, erat enim alienigena, nec ei sacramento illo mysticę unctionis, tamquam conjugali fędere cohęrebat, sed tamquam externus dominabatur, quam potestatem a Romanis et a Cesare acceperat. Sic et ejus filii Tetrarchę. Isti ergo alienigenę non deputabantur in regno illo mystico Judęorum. Cum ergo illos non computet in regno mystico, docet S. Doctor non habere illius regni mysterium, et proinde non esse idoneos ad proferendam figuram regni gratię novi testamenti.

+H Ista sunt igitur nunquam ... in figuris agnoscendis verarum Christianarum, et dominicę historię ex veteri testamento. Similitudo, pro portio, et genus ipsum. Hęc tria si rite fuerint custodita, ex figuris seu nihil impediet, quin ex figuris veteris instrumenti possis argumenta invicta, et firma suscipere in confirmationem illorum, quę ad Christum dominum pertinent: id quod etiam Apostoli, et Evangelistę, domino auctore, et magistro fecerunt.

Jonam exemplum. Controversia agitabatur cum Judęo pertinaci in ... Eo disputatio devenerat, ut quęreretur, an Messias esset, vel foret Deus, quod ille obstinatissime negabat. Jamdiu propugnabam argumentis petitis ex Scripturis sanctis explicatis literaliter. Ejusmodi erant, puta, illa Isaię C. 35. v. 4. Dicite pusillanimis: confortamini, et nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit vos. et quę sequuntur ad finem capitis. Illa item C. 40. v. 10. Ecce dominus

5\. Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo. Et Cap. 45. v. 3. Ego dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel; quę ... sit ... explicare singula non est id temporis.

Persistebat Judæus, defendens etiamsi ex talibus nonnulla saltem de Messia ad litteram dicta viderentur, pleraque tamen esse in Scripturis exempla, quibus et Dei ~~[illegible]~~ nomen hominibus ad litteram videatur attributum. Ille etiam concedebat Scripturas aliquas, quæ de aliis hominibus, puta de Salomone, aut Ezechia ad litteram intelligerentur, mysticè et allegoricè intelligi debere de Messia. Tales erant ps. 44. sive de Salomone intelligas, sive de alio quovis ad litteram. In legis v. 12. Et concupiscet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus Deus tuus, et adorabunt eum. et apud Isaiam C. 9. v. 6. Parvulus natus est nobis, et vocabitur nomen ejus Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Tum ego usus sum in illum hoc argumento:

Scriptura sacra quoties in mysterio explicatur, utrum nobilius est, quod sonat littera, an quod subest in mysterio? Respondit ille, hoc alterum. Tum ego: confiteris Messiam nonnunquam in Scriptura appellari Deum litteraliter. Inquit confiteor, sed hæc appellatio aliis etiam per Scripturas ad litteram tribuitur. Nam in psalmis: ego dixi: vos dii estis; et filii excelsi omnes. ps. 81. v. 6. Et, inquam non potest solvi Scriptura. Jo. C. 10. v. 35. Respondi: Confiteris esse loca Scripturæ et in Prophetis, et in Psalmis, ubi Messias Deus appellatur non in littera sed in spiritu litteræ, et mysticè. Concedis hanc Scripturæ intelligentiam esse de re subiecta semper præstantiori, et nobiliori. Nam res figurata est imagine sua semper præstantior. Ergo et illud confitearis necesse est, Messiam Deum esse vere, proprieque. Nam homo figurans Messiam dicitur in Scriptura Deus ad litteram, Messias eandem vindicat Dei nuncupationem, sed modo præstantiori, quam homo purus in sensu litterali, ergo Messias vere, et proprie Deus est. Ex quo patet, Scripturas sanctas si recte exponantur præbere argumentum firmum, et ut Scholæ vocant demonstrativum de rebus fidei etiam secundum mysticam interpretationem.

Illud tertium est in hac disputatione reliquum, qua sinceritate veritatis in novi testamenti Scriptoribus Scripturæ veteres citentur. Nam et testimonia afferuntur ex veteribus scriptis, et Scriptores ipsi nominantur. At et in allatis testimoniis aliquando lectio variat ab originali, et in nominibus auctorum citandis occurrit discrepantia. Unum aut alterum satis erit hoc loco posuisse exemplum quo difficultas declaretur

Audi S. Hieronymum ad Pammachium l. de optimo genere interpretandi n. 7. „Narratur
„in Matthaeo reddidisse proditionem Judas triginta
„argenteos: et empto ex eis agro figuli, scribitur:
„Tunc impletum est (c. 27. v. 9.) quod scriptum
„est per Jeremiam prophetam dicentem: et
„acceperunt triginta argenteos pretium appretiati,
„quod appretiaverunt a filiis Israel: et dederunt
„eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.
„Hoc in Jeremia penitus non invenitur, sed in Zacharia
„(Cap. 11. vv. 12-13) aliis multo verbis, ac toto ordine
„discrepante. Vulgata quippe editio ita se habet:
„Et dicam ad eos: si bonum est coram vobis, date
„mercedem mihi, aut renuite. Et appenderunt mercedem
„meam triginta argenteos. Dixitque Dominus ad
„me: Pone illos in conflatorium: et considera, si
„probatum sit: sicut probatus sum ab eis. Et tuli
„triginta argenteos, et misi eos in domo Domini
„in conflatorium. Quantum distet ab Evangelistae
„testimonio Septuaginta translatio, perspicuum est.
„Sed et in Hebraeo, cum sensus idem sit, verba praepostera
„sunt, et pene diversa: Et dixi, inquit, ad eos:
„si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem
„meam: et si non, quiescite. Et appenderunt mercedem
„meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad
„me: Projice illud ad statuarium: decorum pretium,
„quod appretiatus sum ab eis: et tuli triginta argenteos,
„et projeci eos in domo Domini ad statuarium.
„Accusent Apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico,
„nec cum Septuaginta congruat translatoribus: et
„quod his majus est, erret in nomine, pro Zacharia
„quippe Jeremiam ponit. Sed absit hoc de pedissequo
„Christi dicere, cui curae fuit non verba, et syllabas
„aucupari, sed sententias dogmatum ponere. ...

Hoc unum exemplum ita per S. Hieronymum amplificatum mihi est satis innumerorum loco ut difficultati propositae occurram. Nam occurrunt loci innumeri in Scripturis, in quibus nomina quae afferuntur hic illic errant, et alia pro aliis ponuntur. Infinitum esset si singula huc congererem. Sunt etiam nonnulla exempla in quibus sententiae allatae aliunde variantur. Afferam pauca, quae prima in mentem veniant. Permitto tibi quae in laudata oratione S. Hieronymus subsequitur, utpote certas, quam tibi fuerit in respondendo satis. Etenim et Marci c. 1. v. 1. citatur Isaias propheta, et subiungitur confestim deque vestigio locus Malachiae c. 3. v. 1. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Et

cum Joannis C. 1. v. 28. legas: Haec in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans; reclamat S. Jo. Chrysostomus in nova editione Parisiensi hom. 17. al. 16. n. 1. Accuratiora autem exemplaria habent in Bethabara. Nam Bethania non est trans Jordanem, neque in deserto sed prope Jerosolymam. Ille etiam locus celebris in actis Apostolorum C. 7. v. 16. Et translati sunt in Sichem, et positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor filii Sichem. Nam Genesis c. 23. Abraham emit hunc agrum ab Ephron filio Seor. Ut difficultatem expediam, dicam primo de locis illis ubi nomina propria altera pro alteris variantur. De his ut uno verbo respondeam quod eliminet difficultates omnes, confitendum necessario est, vitio scriptorum hujusmodi errores irrepsisse, quo tandem cumque modo id evenerit. Sive Evangelistae non omiserant nomina propria inducere; illaque primo imperite apposita in margine deinde in textum immissa sunt; sive exscriptores minus eruditi non satis animadverterunt, ut fideliter reponerent, cum plus minus sententiam [illegible] sollicite continerent, quandam ad nomina propria alterum pro altero substituerunt. Id enim patet per se diversa exemplaria in manus conferenti, ut ego soleo, quae Latina quatuor habemus nonnunquam inter se dissimilia, Graeca tria non modo dissimilia nonnunquam, sed singulis fere versibus, ~~aut uno~~ verbis. Utor autem typis Patavinis, ut castigatissimis nisi gravior ratio aliud suadet faciendum. Facit huc etiam nostris temporibus et fuerit temporibus omnibus illud S. Augustini contra Faustum l. 32. c. 16. Nam etiam nunc nonnullae codicum mendositates vel de antiquioribus, vel de lingua praecedente emendantur.

Altera responsio est ad ea, quae afferuntur variantia etiam sententia in novis scriptoribus ex antiquis. De his respondendum cum S. Hieronymo: Sed neque Christi cura fuit non verba, et syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Ita ille de S. Mattheo. Nos eadem ad alium quemlibet et Scripturae et locum transferre possumus, ubicunque illa eadem obviam fuerit difficultas. Sententia quae allegatur semper libet, et implicita est in scriptura unde sumitur, ad quam satis est referenti quod non syllabas, sed sententias ponit. Et propterea nullum reperies in variantibus Scripturae locis, verba licet omnes [illegible], quae utrobique veritatem dogmatum non aeque ponat.

Haec igitur erant satis de usu Scripturarum veterum in novo testamento. Dictum est enim, et quo textu uterentur apostoli et evangelistae, et in quam rationem sive litteraliter sive mystice; quoque pondere, et auctoritate; nunc illud tertio loco quam sinceritate, et ~~[illegible]~~ quam consona veritate.

Qu
in

Historiæ Christianæ L. 2.

C. 3.

1. Joannes Baptista quis.
2. Qualis ejus habitus.
3. Frequentia accurrentium ad illum.

Matth. C. 3. v. 1. 3. 4. 5. Marci Cap. 1. vv. 3. 4. 5. 6. Luc. C. 3. v. 4. 5. 6. Jo. C. 1. v. 6. 7. 8.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes.
Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.
Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine
Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: sicut scriptum est
in libro sermonum Isaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto: parate viam
Domini: rectas facite semitas eius:
Omnis vallis implebitur: et omnis collis humiliabitur:
Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.
Et videbit omnis caro salutare Dei.
Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis
camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos:
Et erat Joannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea
circa lumbos ejus: esca autem ejus erat locustæ,
et mel sylvestre: et locustas, et mel sylvestre edebat.
Tunc exibat ad eum Jerosolyma, et omnis Judæa, et
omnis regio circa Jordanem: Et egrediebatur ad eum
omnis Judææ regio, et Jerosolymitæ universi.

Cap. 4.

1. Summa Evangelii Joannis Baptistæ.
2. Fructus ejus prædicationis.

Matth. C. 3. v. 2. 6. Marci Cap. 1. v. 5.

Et venit Joannes dicens: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum.
Et baptizabantur ab eo in Jordane, ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua.

Cap. 5.

1. Joannes Evangelista ex sua met persona definit differentiam
inter Baptistæ prædicationem et tum Christi tum Apostolorum Christi.

Joann. C. 1. vv. 15. 16. 17. 18.

Joannes perhibet testimonium de verbo Dei ipso, quod caro factum est:
et clamat dicens: Hic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante
me factus est: quia prior me erat.
Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia.
Quia lex per Moysem data est: gratia et veritas per Jesum Christum facta est.
Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris ipse enarravit.

Cap. 6.

1 Joannes Baptista in concursu multitudinis
exprobrat vecordiam Pharisæorum, et Sadducæorum.

Matth. C. 3. vv. 7. 8. 9. 10. Luc. C. 3. vv. 7. 8. 9.

Videns autem ~~Joannes Baptista~~ multos Pharisæorum, et Sadducæorum venientes
ad baptismum suum dixit: Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso:
Progenies viperarum quis demonstravit, ostendit vobis, fugere a ventura ira?
Facite ergo fructum dignum, fructus dignos pœnitentiæ.
5 Et ne velitis dicere intra vos, et ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham.
Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.
Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit, non
faciens fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur.

Cap. 7.

1. Joannes praeparat turbas.

Luc. C. 3. v. 10. 11. 12. 13. 14.

Cap. 8.

1. Joannes baptizat turbas.

Matth. C. 3. vv. 11. 12. Marc. C. 1. vv. 6. 7. 8.

Et praedicabat dicens: Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam.
qui autem post me venturus est, fortior me est: venit fortior me post me.
Cuius non sum dignus calceamenta portare: cuius non sum dignus
procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius:
ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, et igni;
Cuius ventilabrum in manu sua est: et permundabit aream suam:
et congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet
igni inextinguibili.
Ego baptizavi vos aqua: ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto.

Cap. 9.

1. Suspicio vulgi an Joannes sit Christus.

Luc. C. 3. vv. 15. 16. 17. 18.

Cap. 10.

1. Astutia Pharisaeorum ad revocandum vulgi opinionem existimantis Joannem esse Messiam.

Joannis C. 1. vv. 19. ad 28.

Cap. 11.

1. Joannes ostendit Christum.

Joannis C. 1. vv. 29. ad 36.

Cap. 12.

1. Primi discipuli veniunt ad Jesum.

Joannis C. 1. v. 37. ad 51.

Cap. 13.

Christus Dominus baptizatur.

Matth. C. 3. vv. 13. 14. 15. 16. 17. Marc. C. 1. vv. 9. 10. 11. Luc. C. 3. vv. 21. 22. 23.

Et factum est autem cum baptizaretur omnis populus, tunc in diebus illis venit Jesus
a Galilaea a Nazareth Galilaeae in Jordanem ad Joannem: ut baptizaretur ab eo.
Joannes autem prohibebat eum dicens: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?
Respondens autem Jesus dixit ei: sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.
Tunc dimisit eum. Et Jesus baptizatus est a Joanne in Jordane.
Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua: et Jesu baptizato et orante apertum est caelum.
Et ecce aperti sunt ei caeli: et statim ascendens de aqua vidit caelos apertos: et vidit
Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se: spiritum tamquam
columbam descendentem, et manentem in ipso. Et descendit Spiritus Sanctus corporali specie
sicut columba in ipsum: et ecce vox facta est de caelis, dicens: Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi complacui: tu es filius meus dilectus in te complacui mihi.
Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius Joseph.

Caput 14.

1. Miraculum ad nuptias in Cana Galilaeae.

Joannis Cap. 2. v. 1. ad 11.

Cap. 15.

1. Dominus tentatur a diabolo.

Matth. C. 4. v. 1. ad 11. Marci C. 1. v. 12. 13. Luc. C. 4. v. 1. ad 15.

~~Et autem tunc statim~~
Jesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Jordane:
Et tunc statim agebatur a spiritu in desertum: ductus est in desertum a Spiritu: spiritus
expulit eum in desertum ut tentaretur a diabolo.
Et tentabatur a satana: diebus quadraginta et tentabatur a diabolo.
Eratque cum bestiis, et Angeli ministrabant ei.
Et nihil manducavit in diebus illis: ~~et consummatis illis esurivit~~: et cum jejunasset quadraginta
diebus, et quadraginta noctibus postea esuriit. ~~et consummatis illis diebus esuriit.~~
Et accedens ~~autem~~ tentator dixit ei, dixit autem illi diabolus: si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant:
dic lapidi huic, ut panis fiat.
Et respondens ad illum Jesus, qui respondens dixit: scriptum est; quia non in solo pane vivit
1. homo, sed in omni verbo dei quod procedit de ore dei.
2. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem: et duxit illum in Jerusalem: et statuit
eum super pinnaculum templi, super pinnam templi. et dixit ei illi: si filius dei es,
mitte te hinc deorsum.
Scriptum est enim: quia quod Angelis suis mandavit de te, ut conservent te. et quia in manibus
tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Et respondens ait illi Jesus. rursus dictum est, scriptum est: non tentabis dominum deum tuum.
3. 2. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. et duxit illum diabolus in montem
excelsum: et ostendit ei omnia regna mundi, illi omnia regna orbis terræ, et gloriam eorum
in momento temporis.
Et ait illi, et dixit ei. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me: Tibi dabo potestatem
hanc universam, et gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, et cui volo do illa.
Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.
Et tunc respondens dixit ei, dixit illi Jesus. vade satana; scriptum est enim: dominum deum tuum
adorabis, et illi soli servies.
Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus: tunc reliquit
eum diabolus. et ecce Angeli accesserunt et ministrabant ei.
Et regressus est Jesus in virtute spiritus in Galilæam: et fama exiit per universam regionem
de illo.
Et ipse docebat in synagogis eorum, et magnificabatur ab omnibus.

Cap. 16.

1. Dominus venit Hierosolymam in paschate.

Joann. C. 2. v. 12. ad 25.

Dissertatio 4.a

In continuationem Historiae Christianae.

Incipit Christiana historia implicari magis libro hoc secundo; magis etiam ac magis tertio implicabitur. Haec igitur rerum series, partitio, et epitome primo continuenda est.

1. Agente Jesu annum aetatis suae jam nonum supra vigesimum, anno quartodecimo imperii Tiberii Caesaris etc. Joannes initium instituit praedicationis suae, et simul baptismi in deserto.
2. Praedicit Christum primo cum nondum is sese demonstraret Matth. C. 3. vv. 11. 12. Marc. C. 1. vv. 7. 8.
3. Suspicatur interim populus de Joanne, an ipse esset Christus
4. Refutat Pharisaeos per insidias percontantes an ipse esset Christus.
5. Jesus apparet Joanni semel et iterum et ab eo demonstratur.
6. Primi discipuli veniunt ad Jesum.
7. Jesus tandem baptizatur cum esset fere incipiens annorum triginta
8. Post baptismum die fortasse sequenti proxime convertit aquam in vinum ad nuptias.
9. Facit fidem discipulis de se.
10. Mox agitur in desertum a spiritu tentandus a diabolo.
11. Tentatur primo in panibus, secundo in templo, tertio in monte.
12. Regreditur in Galilaeam, et praedicat in synagogis.
13. Accedit Capharnao Galilaeae in Jerusalem prope pascha, ibique eiicit mercatores e templo.

Timeo habeo pro maioribus studiis meis familiarem in hoc desiderio aliorum librorum, cum quo necesse est rem maximam et gravissimam in hac epitome temporis considerem. Chronicon enim Baron C. 99. ille tradit: anno trigesimo plus minus vitae suae initio anni decimi quinti Tiberii, 73. Juliani qui currentis erat 6. Januarii Christus a Joanne baptizatus est. Itaque omnia nihil probantia. Ita videlicet nisi intelligere necesse esset per nonnullos ad eam diem menses praecessisse Joannis Baptistae praedicationem antequam Christus Dominus sese illi demonstraret, vel ab illo demonstraretur in populo. Mox incaute Januario anni Tiberiani decimiquinti die sexta, ut traditio habet Calendarii Dominus a Joanne baptizatus est cum iniret principium trigesimi aetatis anni sui; quae non modo communior opinio est (in Patribus, ut profitetur Baronius in Epitome) non tam ... sed etiam sola consonans veritati. Verum non probo quod sequitur loco eius apud eundem ... (eademque die regressus a Jordane sequuti Evangelistae ... quadraginta dierum in deserto mansisse adeo subsequenti Martio die fere quinquagesimo septimo a baptismo dixisse Joannem primo Jo. c. 1. v. 29 Ecce agnus Dei. Itaque et Tirinus, et alii quilibet quorumque ille sequitur errent penitus in iis item quae subsequuntur in sequela temporis coniugendo primorum discipulorum et in nuptiis Canae Galilaeae. Ratio quae illum movit, et ceteros quos habet in catalogo auctores illa una esse potest, nam post baptismum celebratum a Christo domino D. Matthaeus subsequenter C. 4. v. 1. Tunc Jesus ductus est in desertum a spiritu; et D. Marcus C. 1. v. 12. imo dicit: Et statim spiritus expulit

Vedine l'epitome del Baronio ad ann. Dom. 34. n. 44.

eum in desertum. At vis illarum particularum
tanta non est, ut censeas nulla penitus mora
post baptismum Domini id factum fuisse. Quid
enim tunc particula amplius significat, quam
cum S. Matthæus tertium caput incipiens dixit:
in diebus illis? Subiungit autem in diebus illis
venisse Ioannem Baptistam ad prædicandum, postquam
narravit Dominum et matrem eius venisse in
terram Israel regnante Archelao c. 2. v. 22. quod
necesse est contigisse ante annum sane ætatis
Domini decimum secundum cum interrogavit doctores
Ierosolymis in templo. Vide enimvero de his particulis
S. Ioannem Chrysostomum quid dicat hom. 10. v. g.
in Matthæum circa hunc locum eundem n. 1. et
alibi: inquit enim: Mos est Scripturæ hoc uti modo
non solum cum ea narrat, quæ insequenti tempore
mox gesta sunt, sed etiam cum illa dicit, quæ multis
postea annis contigerint. At S. Marcus adiungit:
et statim spiritus expulit eum in desertum. Ad
hanc quoque difficultatem similis adhibenda responsio
est. Statim enim non semper id significat quod
sine mora subsequitur, sed insinuat quid proxi-
me in oratione adiungatur. Legimus in Deuteron.
c. 24. vv. 12 13. Si pauper est, non pernoctabit apud
te pignus: sed statim reddes ei ante solis occasum.
Statim, ut vides ibi complectitur spatium integrum
unius diei. Si ergo non significat hæc vox id temporis,
quod proxime subsequitur in negotio uno brevi
unius diei, vel horæ, multo minus in historia, quæ
rerum maximarum seriem per multos annorum
cursus, et orbes extendit. Sic Iosue postquam
reges multos subegisset in acie, ut fertur c. 11. v. 10.
Reversus statim cepit Asor. An hæc, putas, fuit uno
ictu temporis, uno momento? Satis est si existimes
Asor captam post præcedentem victoriam tam
proxime, ut nihil aliud occurreret magni pretii,
quod in historiæ monimenta demandaretur. Utque
non recedamus a re proposita, de illis temporibus
de quibus disputatio hæc ipsa versatur, fertur celebris
Malachiæ prophetiæ c. 3. v. 1. in hunc modum: Ecce ego
mitto angelum meum, et præparabit viam ante
faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum
suum Dominator, quem vos quæritis, et angelus
testamenti, quem vos vultis. Nonne tamen, etsi
Ioannes Baptista inceperit apparere anno imperii
decimo quarto Tiberii, dominus tamen etiam contra
conferendum quos utique laudo, et habeo doctos, et sanctos, et
præclaros viros, contra quos tamen hæc disputatio est

venit in templum, ut refertur Joannis Cap. 2. v. 14.
ea ipsa futurus quæ prædixerat litteralissime Malachias
anno ipso initio imperii Cæsariani decimoquinto per jam
tot menses, quot procedunt ad pascha. Ergo habes
Theophile optime, in quam sententiam debeas intelligere
S. Marci verba: <u>et statim spiritus expulit eum in desertum.</u>
significant enim circa illos dies, priusquam id rerum
gestarum contingeret, quod Marcus vellet innuere
in historiam.

Hæc hactenus in aliorum opinionem, nunc ut nostram
defendam. Joannes monstravit Christum (id quod
refert Joannes Evangelista c. 1.) semel atque iterum
vv. 29. et 36. antequam illum baptizaret. Probatur
manifeste. Nam baptizavit jam publice, et coram
innumeris, ut intelligere licet ex tribus reliquis
Evangelistis. Baptizavit jam præcognitum, et præ laudatum,
ut patet maxime Matth. c. 3. v. 13. ad 17. Baptizavit
inter signa et miracula, ut tres ibidem Evangelistæ
concordant. Quid autem necesse erat a Baptista
Dominum ostendi turbis, et ad cognoscendum dari,
cum pridem tantis et portentis et signis innotuisset?
Ergo Jesus semel atque iterum apparuit Joanni,
atque ab eo præmonstratus est, priusquam baptizaretur.

His ita constitutis reliqua per sese consequuntur. Nam
die una Joannes vidit Jesum venientem ad se
et ait: <u>ecce etc.</u> Jo. c. 1. v. 29. Altera die iterum
hoc factum fuit ib. v. 36. Hac secunda die
per id temporis cœpit Jesus habere discipulos [illegible]
ibid. v. 37. ad 42. In crastinum Jesus voluit
exire in Galilæam, et promisit Nathanaeli quæ
videnda forent in ipso suo baptismo. Videlicet
inquit v. 51. <u>Amen, amen</u> dico vobis, videbitis
<u>cœlum apertum</u>, et <u>Angelos Dei ascendentes, et
descendentes supra filium hominis.</u> Hactenus ibi
Evangelista numeravit tres dies, forte supponit
unum amplius aut alterum quo Dominus baptizatus
est, priusquam nuptiæ in Canna celebrarentur.
Nam et post illos tres dies omnino baptizatus est.
Sic enim colligantur optime res gestæ omnes
quas Evangelistæ omnes literis consignarunt.
Tunc ergo tandem post hæc quæ Joannes scripsit
hactenus Dominus baptizatus est, et visa sunt, quæ
Nathanaeli prædixerat, velut a Matthæo, Marco
et Luca refertur. Tertia die tandem post ea
quæ supra scribere desiit Joannes, sive in [illegible]
quam, sive in qua baptizatus est, ut Ecclesiæ [illegible]
traditio fert nuptiæ factæ sunt in Canna Galilææ
Jo. c. 2. v. 1. Non enim illud videtur necessarium ad asserendum ipsa eadem quæ die Dominum bapt[illegible]
[illegible] nuptiæ in Cana celebratæ, utrumque tamen lectore in [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] est ad [illegible]. Est hoc enim tantum [illegible] auctore in Egit. ad [illegible] Chr. [illegible] n. 28. [illegible]
[illegible] [illegible]: [illegible] cujus rei memoria agitur..

Sit itaque ut adeo statim post baptismum, quamdiu
fuere nuptiæ Galilææ quæ dederunt Evangelistæ
Joanni argumentum historiæ Christi supplendæ,
Dominus se contulerit in desertum, ut tentaretur
a diabolo. In qua quidem tentatione quoniam
quidem diverso illa distribuunt ordine Matthæus,
et Lucas, videtur omnino illa contigisse existimandum,
quem refert Matthæus. Nam cum tres gradus
tentationes extiterint, unus circa panes, alter in
pinnaculo templi, tertius in monte, hos D. Matthæus
sejunxit alterum ab altero per particulas, quæ
significant successionem temporis; dicit enim
tunc ad secundum, hoc est proxime post ea quæ
primo narraverat c. 4. v. 5. et ad tertium v. 8.
dicit iterum; quæ vox novum factum manifeste
insinuat post illa, quæ ita contigerant, ut ab
illo narrantur. Contra Lucas utrumque tentationis
gradum, et quod secundo, et quod tertio refert
loco coniungit et vocula, quæ significat res quidem
refert factas, sed non etiam tempus aut ordinem,
quo gestæ sunt. Cuius rei certa illa videtur ratio,
nam D. Matthæus propter vitæ consuetudinem,
quam habuit cum Domino potuit hæc omnia
habere explorata non solum per ipsas factorum
species, sed etiam per omnes circumstantias, quod
S. Lucas, qui non ipse rerum testis vidit, sed
qui ab aliis qui viderant, et qui sibi tradiderant
exaravit. In quo laudatur S. Lucæ mira solertia,
quæ etiam passim in omnibus scriptis illius elucet,
ut si quid circumstantiarum in rebus factisque
scribit idealdem, illum fugerit, ita res refert
factas, ut circa circumstantias, quas ignorat,
nulla falsitas vel error ingruat in suam orationem
Hinc illæ formæ dubitantis et in Evangelio,
et in actis. Evang. c. 2. v. 24. Et ut darent
hostiam secundum quod dictum est in lege Domini
par turturum, aut duos pullos columbarum.
Cur enim etiam hostiam potius non asseruit
sed ancipitem reliquit. Simile illud in actis
c. 25 v. 6. Demoratus autem inter eos dies non amplius
quam octo, aut decem. Vide et patet, si quæ
ejusmodi difficultates in Evangeliis occurrant
ubi ordo rerum videatur hic illic præposterus,
Matthæo primum et Joanni esse adhærendum
qui et res referunt, et ordinem temporis curant
quippe qui ut Apostoli Domini quæ scripserunt
fere viderant, aut ab ipso Domino, vel primis
temporibus didicerunt, quam Marcus, et Lucas

discipulis Apostolorum, qui etsi non semper cum sederent, potuerunt de his minutioribus interrogare praesentes Apostolos a quibus acceperant.
Caeterum hoc capite quae in Epitome continuantur non habent difficultatem.

Dissertatio 5.ª
Quamdiu Christus dominus egerit publice inter mortales.

[illegible] Christi domini aetatem in mortalibus per sua tempora periodos distribuimus, vitae me futurum arbitrabar, si vestigia ejus temporis ita consectarer, quatenus Evangelistae demonstraverunt. Neque aliter alii etiam se facere profitentur, qui haec navant; ego tamen neque copiosius admodum plura scire, quam illi tradiderunt; neque mihi ipsi locum permitto ad conjiciendum quod [illegible] ex illis apertissime colligatur, et non per illos evidenter demonstretur. Hujus studii summa quaedam in eo cura elucet, si annos accurate numeremus, quos Evangelistae tradiderunt egisse vitae mortalis Dominum Jesum [illegible]. Neque illi obscure latent, qui ad id temporis perseverant, donec in Jordane baptizatus est. Nam illos S. Lucas aperte nos monet C. 3. v. 23. Et, inquit, ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta. Caeteros annos vitae Domini si cognoscere velis ea unica regula est, si ab Evangelio Joannis accipias. Nam teste S. Joanne Chrysostomo in Joann. hom. 17. al. 16. Joannes Evangelista non modo haec non breviter praetermisit, sed in his maxime [illegible] videlicet S. Joannes ultimus omnium scripserit Evangelium, illa dilecto Apostolo cura fuit, ut Evangelium, quod [illegible] scribendum, quasi supplementum esset caeterorum illorum, reliquis [illegible] posset in aliis Evangelistis cognosci, vel quae ab illis partim praeomissa, ipse tamen necessaria [illegible] Ecclesiae [illegible] duceret ad cognoscendum: Quare stilum Joannis nemo perspiciet, qui [illegible] id incumbere tota vi ingenii non animadverterit ut nihil fere dicat eorum, quae ab aliis Evangelistis tradita fuerant, nisi quantum necesse [illegible] quasi connotatis certis locorum signis, ubi in [illegible] Evangelistis debeant sua [illegible] continuari. Est enim Joannis Evangelium quasi appendix quaedam priorum trium. Hanc rem acute persensit Chrysostomus [illegible] loco paulo ante laudato, etiamsi non universe asserat, [illegible] sed [illegible] in [illegible]. Inquit enim: Ille (Matthaeum intellige) postquam venit Jesus e deserto, intermediis omissis [illegible] et quae Joannes locutus est, quae miserunt Judaei dixerunt, caeterisque omissis [illegible], statim transit ad carcerem: Cum audisset (inquit) Jesus quod traditus esset Joannes, secessit inde. Joannes vero non sic, sed profectionem in desertum tacuit, utpote a Matthaeo

Qui
in

narrandam: ea vero, quæ post descensum ex monte gesta sunt narravit, et multa prætermittens adiecit: nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.

~~[illegible] fidem [illegible] apud [illegible] Sponsum [illegible]~~

Proinde puto piaculum si aliter annos domini computem, qui ab ejus baptismo ad ascensionem in cœlum processerunt, quam ut apud D. Joannem clare, et perspicue connotantur. Hoc est quod profitebar in præfatione ad Catenam p. 12. Hi porro anni a S. Joanne paschatis appenduntur, quæ interim transiverunt. Unum fuit, quod proxime Baptismum domini subsequutum est mediante jejunio; de quo meminit D. Joannes c. 2. v. 13. Intelligo enim post nuptias Cananæas jejunium domini subsequutum, mox regressum dominum in Galilæam, idque tunc esse quod [illegible] Joannes c. 2. v. 12. dicit: post hæc descendit Capharnaum ipse et discipuli ejus etc. et ibi manserunt non multis diebus, idque circa pascha vel usque pascha continuatum fuisse, nam subsequitur v. 13. Et prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam. Alterum Pascha memoratur a S. Joanne c. 6. v. 4. In tertio Dominus passus est. Juxta hæc et catenam sacram, et nostram compositam Christianam ego divido; searcoque nec aliter a quoque recte distribui, et contexi [illegible] illam posse, qui recte velit. Ex quo fit ut cum ante hæc tria paschata Dominus esset, ut D. Lucas inquit, incipiens quasi annorum triginta, cum mortuus est, tandiu tertium supra trigesimum natalem excesserit quamdiu est a tempore sui nativitatis ad Pascha. Proinde sic optimo Casus l. 11. c. 5. resp. ad 6. et verum esse, et profecto verum esse affirmat Christum passum esse anno ætatis suæ trigesimo tertio inchoato per tres menses, ac nonnullos fortasse dies, a trigesimo namque anno expleto usque ad passionem non nisi duo anni superfuerunt, quandoquidem a trigesimo inchoato ad passionem non nisi tria paschata intercedunt.

Asserit hæc S. Joannes Chrysostomus eadem est [illegible] [illegible] Joannem [illegible] Fr. [illegible] in hunc modum [illegible] murmurantem multitudine non Judæis modo, sed et Ægypti, et longinquioris incolæ [illegible] cognitus est [illegible] annis [illegible] imo ne tribus quidem. Ne tribus inquit quidem quia [illegible] [illegible] in quo dominus [illegible] [illegible] tres annos totos non [illegible] complet.

Magna tamen hoc loco controversia agitatur non modo inter recentiores harum rerum Scriptores, sed etiam inter ipsos æquales nostros, qui hæc proprio marte, et magnis conatibus curant, quomodo hæc inter se in Evangelistis conciliantur. Si a me difficultatem roges Theophile, hanc ego sensi nunquam; utcunque quatuor Evangelistarum textus in catenam continuerim priusquam tractatum aliquem de his interpretem vel videre vellem, vel omnino consulere; videlicet ne aliorum opinata meum curriculum et coniecturas retardarent. Ita sponte sua moles hæc historiæ quaternæ universa in unum corpus coaluit. Quare fit mihi pene miraculum, quid sit quod eos hoc loco teneat anxios; quid sit de quo dubitent, quare, aut quam, aut quales sibi hic difficultates [illegible]. Eorum tamen labor propterea non inutilis est, quoniam ipsa studiosorum perplexitas concedit plerumque, vestigiaque ad veritatem illustrandam. Nam et collatis hominibus historiæ

In Epitome ad ann. Chr. 32. n. 2. S. Joannes cum ultimus omnium scriberet Evangelium, quæ ab aliis tribus Evangelistis essent abunde narrata, repetere non curavit: quæ vero prætermissa vidisset ipse supplevit; eo enim consilio in scribendo Evangelio usum esse testatur S. Hieronymus de Script. Eccl. c. 9. Et Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Scripsit Evangelium (Sanctus Joannes) post alios tres Evangelistas. Et quoniam S. Apostoli brevitati studebant maxime, ideo S. Joannes fere omnia prætermisit, quæ ab aliis scripta fuerant: ea siquidem sola repetit, quibus aliquid addendum esse existimavit.

monimentis cum sacra pagina, et annorum serie
computata abhinc nostris usque ad tempora quibus
egit Dominus inter mortales, reperiunt jam tandem dominum
et passum, et mortuum fuisse eodem anno, quo ipsi
nos ponimus ætatis suæ trigesimo tertio inchoato. Sed
a Baptismo ad mortem quatuor successive Paschata
necessarium putant, cum Sancti Evangelistæ non nisi
tria tradiderint. Tria igitur oportet circa hanc disputationem
ostendere. Primum est perperam ab ipsis distribui acta
Christi Domini ante primum ex paschatis quatuor quæ
supponunt. Est alterum perperam ab iisdem nasci
unum stabiliri quale, et quando non extitit. Tertium
fiet ex his consequens, videlicet agente Christo inter
homines publica non jam quater, sed ter Pascha celebratum
fuisse.

At illud primum perperam ab ipsis distribui acta Christi
domini circa primum pascha ex quatuor quæ supponunt,
perspicuum fit facile. Nam ponunt Christum dominum
baptizatum anno decimoquinto ineunte Tiberiano,
quod omnino falsum est; baptizatus est enim ineunte
imperii Tiberii decimo sexto. Neque enim permittit
errare nos tum S. Lucas, tum Ecclesiæ traditio. Nam
testante Evangelio Anno quintodecimo imperii
Tiberii Cæsaris, factum est verbum domini supra
Joannem Luc. c. 3. ut prepararet domino plebem
suam. Quo mense prædicatio Joannis inceperit
Evangelista non assignat. Certum est cum ex Ecclesiæ
traditione, tum ex confessione illorum ipsorum, cum
quibus hæc nostra disputatio est, dominum natum
esse ad finem decembris; ita ut existimetur fuisse
incipiens annorum triginta, cum baptizatus est
in Januario. Non dubitant principium anni Tiberiani
more Romano cum Januario fuisse. Necesse est
Joannem præcessisse ante dominum ut pararet
plebem perfectam aliquid omnino temporis, et
plures fuisse menses. Quid enim illud est:
præibis enim ante faciem domini parare vias ejus.
Luc. c. 1. v. 76. Atque facile est multifariam
ex Evangelistis sentire, si quis attendat quanta
turbarum et baptismorum ille concitaverit priusquam
vel dominum ostenderet, vel baptizaret, vel de illo
apud Evangelistas loquatur ut jam de ostenso,
et cognito. Ergo Joannis prædicatio jamdiu per menses
præcessit ante domini baptismum. Dominus baptizatus
est in Januario, Joannes suscepit verbum domini
anno Imperii decimo quinto, ergo dominus baptizatus
est anno imperii Tiberiani decimo sexto. Errant
igitur acta Christi domini circa primum pascha distribuentes,
de quo meminit S. Joannes; dominus enim ante Pascha
baptizatus est eximie mentio est Joannis C. 2. v. 13.
Cum illi intelligant sequente Januario post illud
baptizatum fuisse.

Illud alterum consequitur ex jam dictis, perperam eos qui
definiant pascha alterum tum festum fuisse, cum
festum non fuit. Tirinus in Chron. anno [illegible]. post Baronium, quem videlicet lego hac de re in [illegible] apud Spondanum ad ann. Domini [illegible].
appingit pascha secundum procedente vita publica
in mortalibus Domini ad Joannis C. 5. v. 1. ubi sic
legis: post haec erat festus dies Judaeorum, et ascendit
Jesus Jerosolymam. Hoc debet esse satis ut existiment,
illud festum non fuisse paschale, quia Evangelista
Joannes, qui, ut Chrysostomus inquit, jam superius
in hac ipsa oratione laudatus, in hoc maxime immoratur,
hoc est qui species hasce temporis distinguit minutissime,
non dicit jam fuisse tum Pascha, sed quodcumque [illegible]
illud tandem festum, non jam amplius quam sabbatum.
Inquit enim v. 9. Erat autem sabbatum in die illo.
Ego certe non [illegible] vel idcirco quod Dominus Jerosolymam
ascenderit, vel idcirco quod sabbatum fuisse dicatur, [illegible]
affirmare continuo pascha fuisse. An non potuit, [illegible]
vel debuit illum alias per annum ascendere? [illegible]
erat Exodi C. 23. v. 17. Ter in anno apparebit omne [illegible]
masculinum tuum coram Domino Deo tuo. Quinimo [illegible]
facile est conjicere tum Pascha non fuisse ex eo quod [illegible]
sequitur [illegible] sequenti. Nam post id festum Jesus
reversus est trans mare Galilaeae jam paschate appropinquante.
Inquit enim Cap. 6. v. 1. 4. Post haec abiit Jesus trans
mare Galilaeae: erat autem proximum Pascha. Hoc
Pascha tertium Tirino est, et [illegible] [illegible]
in vita publica Domini; tertium siquidem, Tirino [illegible]
est post Domini baptismum, mihi secundum [illegible]
persuadeat sibi quispiam diligentissimum Evangelistam
cujus ea cura esset praecipua, ut dilucidis temporum
notis evangelium exornaret, sequenti Cap. 6.
definiret Pascha appropinquare, praecedenti Cap. 5.
diceret quod festo die [illegible], post illud venit
[illegible]; voluisse intelligi tum pascha [illegible],
cum pascha non exprimeret, et post quod cum
[illegible] medium memoraret, adjungeret [illegible]
pascha approximare? [illegible] S. Evangelistae
[illegible] asseverandum est, miraculum ad probaticam
non contigisse in [illegible] paschate, quia S. Joannes
[illegible] contigerunt circa paschata in [illegible]
[illegible], nunquam in illis paschalis temporis
[illegible] silentio praeteriisset. Ista perperam
[illegible] effingunt [illegible] Cap. Joannis quintum pascha
[illegible] gratis, et sine causa [illegible]
Perperam fecimus, quia sanato paralytico ad probaticam
manifeste ostenditur non peracta in paschate, gratis,
et sine causa id moliuntur, quia ad eum annum
[illegible] venimus, quo Dominus mortuus est, [illegible]
[illegible] veniendum est, nam Dominus
baptizatus est non [illegible] ante sed post pascha
[illegible] Tiberiani decimi quinti, videlicet [illegible]
[illegible] illud facile pascha incepit praedicare, et baptizare,
[illegible] baptizatus est ineunte anno decimo sexto

imperii Tiberii Cæsaris.
Tertium, quod erat in propositis, remanet eidem ex jam dictis.

Historiæ Christianæ liber tertius

: Nicodemus venit ad Jesum.

Caput 2.um

1. Joannes testificatur discipulis suis de Christo.

Caput 3.um

1. Sollicitudo mulieris samaritanæ ad fidem.
2. Item suæ gentis.

Caput 4.um

1. Qua occasione dominus venerit in Galilæam.
2. Matth. C. 4. v. 12. Marci C. 1. v. 14. 15.

Postquam autem traditus est Joannes, cum audisset Jesus, quod Joannes traditus esset, venit, recessit in Galilæam, prædicans Evangelium regni dei: et dicens, quoniam impletum est tempus: pænitemini et credite Evangelio.

Caput 5.

1. ~~[illegible]~~ Causa Joannis in carcere.

Luc. C. 3. v. 19. 20.

Herodes autem tetrarcha cum corriperetur a Joanne de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit et hoc super omnia, et inclusit Joannem in carcere.

Cap. 6.

2. Secundum domini signum in Capharnaum
Joannis Cap. 4. a v. 45. ad 54.

Cap. 7.

1. Dominus in Nazareth.
Lucæ C. 4. v. 15 ad 30. Joann. C. 4 v. 45.

Cap. 8.

1. Dominus habitat in Capharnaum.
Matth. C. 4. v. 13. ad 17. Lucæ C. 4 v. 30. 31.

Et relicta civitate Nazareth descendit, venit ~~et habitavit in Capharnaum~~ in Capharnaum, civitatem Galilææ, et habitavit in Capharnaum maritima in finibus Zabulon, et Nephthalim. Itaque docebat illos sabbatis.
Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam: terra Zabulon, et terra Nephthalim via maris trans Jordanem, Galilææ gentium. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam: et sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis
Exinde cœpit Jesus prædicare et dicere. pænitentiam agite appropinquavit enim regnum cælorum. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius.

Dissertatio in contractionem historiæ Christianæ
ab actis domini in templo in Paschate primo usque
ostensionis usque ad electionem duodecim Apostolorum.

Hæc oratio duo capita assumet: primum erit epitome
brevis historiæ Christianæ a primo Paschate cujus
meminit S. Joannes eousque dum Apostolorum
institutio facta est; secundo loco rerum series
in epitome constituta pedetentim probabitur;
~~tertio tandem argumenta contraria refellentur.~~

Igitur postquam dominus venit Hierosolymam propter
Pascha, et invenit in templo negotiatores, ejecitque:
tum ipso die paschatis multos adjunxit sibi credentes
propter signa quæ faciebat. et hæc erat cum quibus
explicit historiæ nostræ compositæ liber secundus desumpta
ex Joannis Cap. 2. usque ad v. 23. Ab deinceps rerum
actarum domini ea continuatio est quæ sequitur.
1. Nicodemus nocte venit ad dominum.
2. Post hæc dominus venit in Judæam, et baptizat.
3. Joannes etiam baptizat in Ænon juxta Salim; nondum
enim missus fuerat in carcerem.
4. Joannes testificatur discipulis contendentibus se non esse Christum.
5. Dominus relinquit Judæam, et venit in Galilæam.
6. Transitcurus per Samariam venit in Sichar, et loquitur cum Samaritana.
7. Quatuor tum menses reliqui erant ad messem; erat enim prope pascha proxime futurum.
8. Manet apud Samaritanos duos dies; indeque abit in Galilæam.
9. Interim Joannes Baptista traditur in carcerem.
10. Tum ~~[illegible]~~ dominus venit tum Capharnaum, ibique filium reguli incipientem mori, idque illius secundum miraculum fuit.
11. Mox venit in Nazareth, et legit in Synagoga.
12. Exprobrat in Nazareth incredulitatem, ut testantur Mattheus et Lucas, et Joannes.
13. Constituit habitationem in Capharnaum.

Igitur Nicodemus venit ad dominum nocte proxima,
qua dominus expulit negotiatores e templo, aut certe
ea nocte ante ~~antequam~~ quam post ejectionem e templo nihil
est quod ab aliis Evangelistis refertur quivis
~~vel dominus [illegible] in Nazareth~~
Joannes traditus esset in vincula, id enim primum
est omnium post jejunium domini quod legis apud
Mattheum C. 4. v. 12. apud Marcum C. 1. v. 14.
tum scilicet cum venit Nazareth in patriam, ut
congruenter dicebat [illegible] Lucas tradit C. 4. v.
14. 15. 16.

Post sermonem cum Nicodemo jam peracto paschate dominus
Hierosolymam reliquit et venit in alias Judææ partes,
ubi commode haberent sui discipuli ut baptizarent, nondum
enim duodecim fecerat præcipuos, nec a se dimiserat.
Unde apostoli dea [illegible]. Tunc temporis etiam
5. Joannes baptizabat; hæc enim tum facta fuisse legimus
cum Joannes nondum missus fuisset in carcerem Jo. C. 3.
24. Hoc temporis habet etiam æmulatio discipulorum
Joannis contra Christum, quæ ibidem sequitur apud S.
Joannem a v. 25 ad finem capitis.

Conversio Samaritanorum ad fidem et ad studia prædictis subsequuta est baptismum celebratum in Judæa per manus discipulorum domini; cum ille scilicet Judæam relinqueret ut declinaret invidiam Pharisæorum, et discipulorum Joannis, ut refert S. Joannes initio c. 4

Dum vero dominus apud Samaritanos agit, interim Joannes traditur in carcerem, quod ad probandum perfacile est. Nam eodem tempore paulo ante baptizaverat. Dominus postquam divertit duos dies apud Samaritanos, divertit in Galilæam. Hujus diversionis in Galilæam etiam alii Evangelistæ meminerunt, referuntque factam ibi:es cum audisset Jesus quod Joannes traditus esset, ut omnium loco utar verbis S. Matthæi c. 4. v. 12. Ergo vides quando nam Joannes traditus sit.

Jamdiu non aberat a paschate cum hæc omnia facta sunt; unde et colligitur post pascha quod iam Joannes memoraverat usque a c. 2. v. 13. perpaucos dies admodum dominum in Judæa baptismos curavisse, et Joannem baptizavisse. Nam post habitum cum Samaritana sermonem, hæc fuerunt domini verba ad discipulos Jo. c. 4. v. 35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit. Si videlicet intelligas messem tam futuram fuisse, post quatuor menses iam completam, iam vel tantum inchoatam, oportet hæc verba dicta fuisse in aprili, utcunque messis provogari in sextilem possit. Ergo Joannes aprili fuit in carcere Herodis, et dominus Samariam relinquens aprili penetravit in Galilæam.

Porro in Galilæam cum jam advenisset, existimare non dubitem, ibi e vestigio antequam in ulla synagoga doceret, sanavisse filium Reguli e Canna evocatus Capharnaum: Ratio est. Nam hoc iterum secundum signum fecit Jesus cum venisset a Judæa in Galilæam. Ubi vides a S. Joanne non numerari in miraculis, quod evertisset in templo numularios, utcunque S. Hieronymus de simili altero in Matth. videlicet c. 21. v. 15. ipse l. 3. dicat. Mihi inter omnia "signa quæ fecit hoc videtur mirabilius esse, quod unus "homo, et illo tempore contemptibilis, et intantum vilis, ut "postea crucifigeretur, scribis et Pharisæis contra se sævientibus "et videntibus lucra sua destrui potuerit ad unius flagelli "verbera tantam ejicere multitudinem, mensasque subvertere, "et cathedras confringere, et alia facere, quæ infinitus non "fecisset exercitus." Sed Joannes qui solus hactenus bina refert domini signa et nuptiarum Canæ, et hoc Jerosolymitanum, et Capharnaitanum, dicit tamen signum Capharnaitanum alterum et secundum quia signorum appellatione curationes intelligit, Non enim Joannes dissimulat vel non attendit, quantum illud fuerit quod dominus Jerosolymis in templo perpetraverit, nam v. 45. inquit: cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quæ fecerat Jerosolymis in die festo: et ipsi enim venerant in diem festum. sed signum Reguli tamen secundum dicit propter eam rationem quæ dicta est. At ante sanationem filii Reguli nullum est in Evangelistis vestigium, quo liqueat a domino aliquid patratum fuisse in Galilæa. Ergo sanatio filii Reguli statim fuit post adventum in Galilæam. ~~Post illum eventum~~

Post illum eventum venit dominus Nazareth in patriam.

Invenio Baronium in Epitome ad ann. Dom. 31. n. 15. sensisse videri verba illa domini dicta fuisse ab illo mense Novembri, quia in Paschate essent soleret manipulus primitiarum; jam a Novembri ad Pascha tot menses excurrunt sive ita certe possunt; et soleat (ferme etiam) tempus esset in Januario Quia videlicet rara res esset manipulus paschalis ut dicit ad Leviticum c. 23. v. 11., nec nisi in celeberrimis Hierichuntis regionibus patriis qui inveniuntur ad pascha. Unde manipuli observantur ideo tempore hic vero opportunius visum est ut hanc [illegible] [illegible] meam sententiam [illegible], [illegible] [illegible] intervallum tradita et non [illegible] stilo Scripturarum magis conformem. Nam solent Scripturæ numerare tempora summa, et plenissima calculo, sicut in exemplo videtur, quæ dicitur dominus futurus fuisse in corde terræ tribus diebus, et tribus noctibus Matth. c. 12. v. 40 cum die [illegible] tamen integra fuerit sepultus, et [illegible] [illegible] hinc et hinc [illegible] [illegible].

~~Facti rationem videri illa~~ ~~verba~~ ~~posse~~ ~~quae~~ ~~Lucas~~ c. 4 v. 16 ~~quia ibi erat nutritus.~~

Facti ratio videri illa potest, quod dicit S. Lucas c. 4. v. 16 ubi erat nutritus, quasi diceret, ut ubi erat nutritus, inde etiam evangelium exordiretur. At mirum videri potest quod S. Joannes c. 4. v. 44. refert ex Domino has voces. ipse ~~Jesus~~ enim Jesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum vero teste S. Luca c. 4. v. ~~23~~ 24. Dominus haec dixit in Nazareth, cum fidem non inveniret apud suos. Porro haec tum in Nazareth, cum iam miraculum Capharnaitanum praecessisset. Tum enim postquam ~~audisset~~ praesensisset a suis v. 23. quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Cur ergo haec verba praemisit S. Joannes priusquam signum Capharnaitanum edissereret, illud enim subinde ~~sed~~ post illa subsequitur?

Pertinent (respondeo) ad gesta Domini in Nazareth apud S. Joannem duo omnino versiculi 44, et 45. Nam quadragesimus tertius communiter distribuitur et supra gesta in Nazareth per id temporis, et supra gesta in Capharnaum. Universa illa oratio sic habet:

v. 43. Post duos autem dies exiit inde, et abiit in Galilaeam.

44. Ipse enim Jesus testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet.

45. Cum ergo venisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia vidissent, quae fecerat Jerosolymis in die festo: et ipsi enim venerant in diem festum.

46. Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus etc.

Itaque Joannes dicit per anticipationem gesta in Nazareth ante Capharnaitana, cum ordo rerum postulet, ut intelligamus posteriora illa Capharnaitanis contigisse. Ratio est, nam ibi Joannes corripit et breviat pro arbitratu continens perstringens propterea facta Nazareth, quia jam a S. Luca scripta fuissent. Non enim solet hic evangelista in iis immorari, quae ab aliis scripta repererit, sed ea innuere solummodo, quantum necesse est ad ea intelligenda, quae supplet. Quo igitur hoc loco facit. Primo quia Lucas non scripserat quid Dominus egisset in Capharnaum, cum tamen innuerit, miraculum ibi factum fuisse, inquit, enim ex nomine Nazaraeorum v. 23. quanta audivimus facta in Capharnaum, supplet narrando facta in Capharnaum, quae Lucas praetermiserat. Deinde quia Lucas scripserat v. 24. Dominum eam querelam in Nazareth habuisse ad suos:

nemo propheta acceptus est in patria sua, subiungit
factum Capharnaitarum veluti causam illius querel[ae]
quam Dominus obiecisset in suos. Fit proinde ut
ordo rerum et orationis variet nunc apud binos Evangelistas.
Lucas enim rerum gestarum referens ordinem insinuat
primo factum in Capharnaum miraculum, mox
subiungit dictam querelam in Nazareth. Joannes
econtra praeteriens velut notum factum dictumque
in Nazareth, et adiungens, quod ignorabatur, miraculum
Capharnaitarum primo dicit querelam Domini in
Nazaraeos, mox eius rationem subiungit petitam
a gestis in Capharnaum. Quasi fere haec sententia
litius loci sit, quod supra recitatum est, et facit
difficultatem:
v. 43. Post duos autem dies exiit inde, et abiit in Galilaeam.
44. Jesus autem in patria testimonium perhibuit, quia
propheta in sua patria honorem non habet.
45. Nam cum venisset in Galilaeam, exceperant eum
Galilaei, cum omnia vidissent, quae fecerat Jerosolymis
in die festo: et ipsi enim venerunt in diem festum,
curiosi videndi et apud se stabile aliquid.
~~46. Idque eo etiam magis, cum et Judaea secundus~~
~~mune fecisset in Cana Galilaeae, ubi fecit~~
~~46. Ex Judaea igitur venit iterum in Cana Galilaeae~~
~~ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus~~
~~etc~~
46. ~~Cum propositum et~~ Idque eo etiam magis praetendebant
futurum, quia cum iterum venisset in Cana Galilaeae
ubi fecit aquam vinum ibi Regulus quidam etc.
Haec quantum puto est ratio ordinis hoc loco et rerum
gestarum Domini, et in loco difficili conciliatio duorum
Evangelistarum. Unde et ratio patet cur Dominus
post illa non modo descenderet in Capharnaum, ibique
doceret illos sabbatis, quod Lucas tradit, sed etiam
cum relicta civitate Nazareth constitueret habitationem
in Capharnaum, et usum consuetudinis, id quod Matthaeus
diserte amplificat c. 4. a v. 13. ad 17.

Historiæ Christianæ liber tertius

ex Cap. 9. et 10. cæterq.

1. Discipuli vocantur ad piscaturam hominum.

Matth. C. 4. a v. 18. ad 22. Marc. C. 1. a v. 16. ad 20. Luc. C. 5. a v. 1. ad 11.

Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei,
et ipse stabat secus stagnum Genesareth.
Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant,
et lavabant retia.
~~Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere~~
~~pusillum. Et sedens~~
Ambulans autem Jesus, et præteriens secus juxta mare Galilææ vidit duos fratres,
Simonem qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus mittentes rete, retia in mare,
(erant enim piscatores).
Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere
pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.
Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: duc in altum, et laxate retia vestra in capturam.
Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus:
in verbo autem tuo laxabo rete.
Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum.
Et annuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut venirent et adjuvarent eos. Et
impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur.
Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu dicens: exi a me, quia homo
peccator sum Domine.
Stupor enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant
Similiter autem Jacobum et Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem
Jesus: Noli timere: ex hoc jam homines eris capiens.
Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.
Et ait illis, et dixit eis Jesus: venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum.
At illi continuo et protinus relictis retibus secuti sunt eum.
Et progressus procedens inde pusillum vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, et Joannem
fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum reficientes retia sua, et ipsos componentes retia
in navi: et statim vocavit eos illos.
Et illi autem statim relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenariis, relictis retibus,
et patre secuti sunt eum.

Homilia 7.

De vocatione primorum Apostolorum ad piscaturam hominum etc.

Hactenus apud Evangelistas res gestæ a domino ita dispositæ, et
continuatæ sunt, ut facili manu possent componi.
Nunc major deinceps oritur illarum turbatio,
et tanta magna accuratione opus est, ut quoniam
præpostere admodum illi siti sunt invicem, videri
possit, quid in historia domini componenda prius
et quid posterius sit collocandum.
Nam statim postquam illud retulit S. Matthæus, dominum
constituisse habitationem in Capharnaum Cap. 4. usque
ad v. 17 narrat vocationem illam longe celeberrimam
quatuor piscatorum, fratrum per binos ad piscationem
hominum Petri et Andreæ, Jacobi et Joannis. Marcus
etiam cum Matthæo concordat. Lucas ante hanc collocationem
quatuor piscatorum, quæ refertur apud illum

meante Cap. 5.° subiungit eidem c. 4.° postquam
et ipse Dominum constituit habitationem in Capharnaum
vv. 31. 32. sanationem illam dæmoniaci, quæ ad-
-hanc post statim vocationem Apostolorum legitur;
tum post illam apud eundem, itemque apud
Marcum subsequitur sanatio Socrus Simonis; cum
S. Matthæus signum illud salutis illius dæmoniaci
non referat, sanationem vero Socrus Simonis
transferat tandem in cap. 8. vv. 14. et 15. Quæritur
itaque, quænam horum continuatio accuratior
videatur. Epitome igitur historiæ Christianæ requirit
hoc loco si rite animadvertas hanc maxime continuandi
rationem ut
Primo intelligas discipulos vocatos ad piscaturam hominum.
2. Dominus sanat hominem a spiritu immundo.
3. Dominus sanat socrum Petri.
4. Vespere Dominus sanat multos, unde et exiit fama de illo.
Primum illud, esse videlicet in his quatuor primum tempore
et ordine vocationem piscatorum a piscibus ad homines
ostenditur certissima coniectura. Nam cum aliqua
hujusmodi controversia in pluribus scriptoribus occurrit,
quorum singulis par fides, et absoluta reverentia debetur,
tum diligenter cavendum est, quam evidentia signa
temporis distinguant, quo factum referant contigisse.
Nunc autem SS. Matthæus, et Marcus sollicitationem
piscatorum ad piscaturam hominum proxime subiungunt,
postquam a Domino docuerunt stabilitam habitationem
Capharnai. At Marcus post ingressum Capharnaum adiungit:
et statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos.
v. 21. et 23. Erat in synagoga eorum homo in spiritu
immundo etc. Ergo prima Piscatorum sollicitatio
fuit, secundus ingressus in Synagogam Capharnai,
ubi dæmoniacus curatus est. Tum v. 29. idem
Marcus subiungit: et protinus egredientes de synagoga
venerunt in domum Simonis et Andreæ etc. Et v.
32. Vespere autem afferebant ad eos omnes male
habentes, et dæmonia habentes. etc. Ergo in his retinenda
est continuatio, quam Marcus accuravit. Nam S. Matthæus
quidem, qui dæmoniaci illius sanationem siluit, ubi
socrus Petri sanitatem refert, nec certo signo temporis,
quo gesta fuerit illam enarravit. Inquit enim C. 8.
14. Et cum venisset in domum Petri, sed quando venerit,
non determinat. Similiter S. Lucas qui sollicitationem
piscatorum postposuit sanationi cum Energumeni, tum
socrus Petri, quæ erat anteponenda, cum illam
aggrederetur [illegible], in hunc modum exorsus est C.
5. v. 1. Factum est autem, cum turbæ irruerent in
eum, ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum
Genesareth. et vidit duas naves etc. Ubi nihil vides
quod continuationem faciat cum rebus dictis, sed solum
quod ad dicenda præparet quasi admirationem lectoris.

Par est credere D. Marcum hoc supplevisse commonitum a D. Petro, qui tradente Evangelium suum concinnavit. Videtur illum porro et deinceps in iis, quæ pertinent ad historiam præcipuam Petri, et domesticorum illius, ut nunc, pertinent multo absolutiorem, quam ipsum Matthæum, quippe qui suggerente Petro de Petro ipso suppleverit, quæ ipse Petrus senserit de se ab aliis fuisse prætermissa. Vide infra hom. 11

Historiæ Christianæ [illegible]

Cap. 11

1. Dominus sanat hominem a spiritu immundo.

Marci C. 1. a v. 21. ad 27. Lucæ C. 4. a v. 31. ad 36.

Et descendit in Capharnaum, et ingrediuntur Capharnaum civitatem Galilææ, et statim sabbatis ingressus in Synagogam docebat eos: ibique docebat illos sabbatis.

Et stupebant in super doctrina ejus: quia in potestate erat sermo ipsius: erat enim docens eos quasi potestatem habens, et non sicut scribæ.

Et erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo, habens dæmonium immundum, et exclamavit voce magna.

Dicens: sine: quid nobis et tibi Jesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui sis sanctus dei.

Et comminatus est ei, et increpavit illum Jesus, dicens: obmutesce, et exi de homine, et exi ab eo.

Et discerpens eum spiritus immundus, et cum projecisset illum dæmonium in medium et exclamans voce magna exiit ab eo illo, nihilque illum nocuit.

Et mirati sunt omnes, et factus est pavor in omnibus, et colloquebantur ad invicem, ita ut conquirerent inter se dicentes: quidnam est hoc? quid est hoc verbum? quænam doctrina hæc nova? quia in potestate et virtute etiam spiritibus immundis imperat, et exeunt, et obediunt ei.

Cap. 12.

1. Dominus sanat Socrum Petri.

Math. C. 8. v. 14. 15. Marci C. 1. v. 29. 30. 31. Lucæ C. 4. v. 38. 39.

Et protinus egredientes de Synagoga venerunt in domum Simonis et Andreæ cum Jacobo et Joanne surgens autem Jesus de Synagoga introivit in domum Simonis.

Et cum venisset Jesus in domum Petri, ~~vidit socrum ejus jacentem, et febricitantem~~ decumbebat autem socrus ~~Petri~~ Simonis febricitans: tenebatur magnis febribus et statim dicunt ei de illa, et rogaverunt illum pro ea.

Et vidit socrum ejus stans super illam jacentem, et febricitantem, et accedens tetigit manum ejus elevavit eam apprehensa manu ejus, imperavit febri et continuo dimisit eam ~~febris~~ febris et surrexit, et continuo surgens ministrabat eis illis.

Cap. 13.

1. Vespere dominus ~~[illegible]~~ [illegible]

2. Exit fama de illo. [illegible]

Math. C. 4. v. 23 ad C. 8. Item C. 8. v. 16. 17. Marci C. 1. v. 32. 33. 34. 39. Luc. C. 4. v. 37. 40. 41.

Et circuibat Jesus totam Galilæam docens in synagogis eorum, et prædicans evangelium regni, et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo.

Et processit rumor ejus statim in omnem regionem Galilææ: Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis et abiit opinio ejus in totam Syriam

Vespere autem facto, cum sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum at ille singulis manus imponens curabat eos.

Afferebant ad eum omnes male habentes, et dæmonia habentes et erat omnis civitas congregata ad januam et curavit multos qui vexabantur variis languoribus et dæmonia multa ejiciebat, et non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum: Et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus, et tormentis comprehensos, et qui dæmonia habebant et lunaticos, et paralyticos, et curavit eos: et omnes male habentes curavit.

Exibant autem daemonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius Dei: et increpans
eas non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse Christum.
Et daemonia multa ejiciebat, et non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum
Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, et
aegrotationes nostras portavit.
Et secutae sunt eum turbae multae de Galilaea, et Decapoli et de Jerosolymis, et de Judaea, et de trans
Jordanem.

Caput 18.

1. Dominus orat mane in solitudine:
2. Per diem praedicat in synagogis. Marci C. 1. vv. 35 ad 39. Luc. C. 4. vv. 42. 43. 44

Facta autem die et diluculo valde surgens egressus abiit ibat in desertum locum ibique orabat.
Et turbae requirebant eum, et venerunt usque ad ipsum
Et prosecutus est eum Simon, et qui cum illo erant.
Et cum invenissent eum dixerunt ei: quia omnes quaerunt te.
Et detinebant illum ne discederet ab eis.
Et ait illis: quibus ille ait: Eamus in proximos vicos, et civitates, ut et ibi praedicem: quia et aliis civitatibus oportet me
evangelizare regnum Dei: ad hoc enim veni: quia ideo missus sum.
Et erat praedicans in synagogis Galilaeae, eorum et in omni Galilaea, et daemonia ejiciens.

Homilia ~~septima~~ [illegible]:

De sanitatibus, fama, oratione, et praedicationibus Domini:

Continuatio rerum gestarum a Domino hoc historiae
a nobis compositae capite proposita probatur
propterea, nam supra Cap. nono lectus est Matthaei
textus ex Cap. 4. usque ad vers. 22: ibidemque
Marci [illegible] ex Cap. 1. ad v. 20. ~~[illegible]~~ et [illegible] subsequenti Cap. 10 Div. Luc. ex C. 5. v. 1. ad 11. [illegible]
superiori ordine quare subsequenti nostri quod Cap.
11. legi continenter deberet ad Marcus [illegible] ex v.
21 ad 27. cui consonat d. Lucas C. 4. v. 31. ad 36.
Et quare post miraculum daemoniaci sanati subjungi
deberet sanatio socrus Petri etiam d. Matthaeo
in Cap. 8. transferretur tanto post, quam ibi [illegible]
reant vv. 14. et 15. Marcus habet illam C. 1. vv. 29.
30. 31. Lucas C. 4. vv. 38. 39. Fit consequenter ut
continuatio rerum una et eadem sit juxta S. Matthaeum
ex binis locis. Nam [illegible] oratio, [illegible]
sit C. 4. usque ad v. 22. et C. 8. usque ad v. 15. [illegible]
nunc ejusdem Evangelistae et una eadit continuatio,
et in unam sententiam tum Cap. 4. vv 16. et 17. cum
Cap. 4. vv. 23. 24. 25. similis ratio est continuandi Marci
C. 1. v. 28. et Luc. C. 4. v. 37. et praetermisso ibi miraculo
Socrus Petri quod paulo ante praecessit apud nos Cap.
12. in catena deinceps prosequendi Marci eodem Cap.
1. per versus 32. 33. 34. et Luc. C. 4. per vv. 40. 41.
Post haec catena nostra exhibet Marci continuationem
cum Cap. 1. v. 35. nam illam postulat ille Evangelista
manifeste his verbis: et diluculo valde surgens egressus
abiit etc. ad v. 39. Lucas autem consonat Marco C. 4.
vv. 42. 43. 44.

Historiæ Compositæ L. 3.

Cap. 14.

1. Dominus erat mane in solitudine

2. Per diem prædicat in synagogis

Marci C. 1. v. 35. ad 39. Luc. 4. vv. 42. 43. 44.

Cap. 15.

Oratio Domini in monte ad discipulos.

Matth. Cap. 5 a v. [illegible]

C. 6

C. 7. usque ad finem Cap.

Cap. 19.

Alia in idem argumentum.

Mat. Cap. 6. omnia.

Cap. 20.

Alia item in idem argumentum.

Matth. C. 7. omnia.

Cap. 21

1. Dominus descendit de monte.

2. Curat leprosum.

Matth. C. 8. vv. 1. ad 4. Marci C. 1. v. 40. ad 45. Luc. C. 5. v. 12. ad 16.

Cum autem descendisset de monte secutæ sunt eum turbæ multæ.

Et factum est cum esset in una civitatum, et ecce vir plenus lepra, veniens, et venit ad eum leprosus, et videns Jesum procidens in faciem adorabat eum, et rogabat eum deprecans genu flexo, et dixit ei dicens: Domine, si vis potes me mundare.

Jesus autem misertus ejus extendit manum suam et extendens manum tetigit eum: et tangens eum ait dicens illi: volo: mundare. Et confestim lepra cum dixisset, mundata est lepra ejus: statim discessit ab eo illa lepra et mundatus est.

Et comminatus est ei Jesus, et statim ejecit illum et ipse præcepit illi ut nemini diceret, sed ait illi: et dicit ei: vide: nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti, principi sacerdotum, et offer pro emundatione tua quæ munus, quod, sicut præcepit Moyses in testimonium illis

At ille egressus cœpit prædicare, et diffamare sermonem, ita ut jam non posset manifeste introire in civitatem sed foris in desertis locis esset: et conveniebant ad eum undique.

Perambulabat autem magis sermo de illo, et conveniebant turbæ multæ ut audirent, et curarentur ab infirmitatibus suis.

Ipse autem secedebat in desertum, et orabat

Cap. 22.

1. Sanat languidum ad probaticam.

2. Venit in templum.

3. Defendit se a calumniis Judæorum.

4. Transit iterum in Galilæam.

Joannis C. 5. omnia; et Cap. 6 v. 1.

Homilia 9.

In catena sacra ostendimus quæ continuatio rerum sit

a cap. 14. ad 22.

Ergo historiæ quam componimus a cap. hujus libri 14. ad vigesimum secundum ea epitome, partitio, et series rerum est, ut intelligas,

Primo dominum se contulisse mane in solitudinem orationis.

2. Per id temporis per diem prædicavit in synagogis.
3. Tum subsequuta est prolixa oratio domini ad discipulos in monte.
4. Descendens dominus de monte curavit leprosum.
5. Sanavit languidum ad Probaticam Jerosolymis.
6. Venit in templum.
7. Jurgatur cum Judæis improbantibus, quod [illegible] operetur in sabbato.
8. Transit iterum in Galilæam.

At continuatio capitis decimi quarti nostræ compositionis post decimum tertium probat ipsa se se perfacile. Tres enim Evangelistæ loquuti sunt capite decimo tertio: Matthæus, Marcus, et Lucas. Capite decimo quarto continuatur oratio Marci et Lucæ ibi, ubi in præcedenti desita erat, refertur autem ex duorum concordantia, quod Matthæus prætermisit de solitudine domini matutina propter orationem. Intelligimus inde [illegible] esse hæc proxime continuanda post illa quæ illatenus dixerat Marcus, propter hanc sancti hujus [illegible] Evangelistæ sententiæ rationem et stilum C. 1. v. 35. Et diluculo valde surgens egressus abiit in desertum locum etc. Quis enim non arbitretur, nisi alia multo gravior objiciatur ratio, quæ tamen hoc loco, et nunc iam non apparet, significari ab Evangelista his verbis dominum surrexisse diluculo die subsequenti iam proxime, atque immediate post illa gesta quæ ~~[illegible]~~ proxime in oratione præcesserunt. Postulat igitur rerum ordo ut in propositis illud ponatur loco primo, dominum se contulisse mane in solitudinem orationis.

D. Matthæus rem brevem prætermisit, quam Marcus et Lucas diligenti accuratione suppleverunt, at quod ibi omisit uberrima illa oratione compensavit, quam dominum refert in ~~[illegible]~~ monte tenuisse, quæ implet apud eundem tota tria capita quintum, sextum, et septimum. Ejus orationis sit nec ne ille locus, probatur duabus rationibus. Una est, quia D. Matthæus cum illa oratione suum Evangelium continuavit. Est altera, nam post illam orationem reperis trium Evangelistarum consensum in rem eandem continuandam. Nam D. Matthæus statim principio capitis octavi refert sanationem leprosi; D. Marcus etiam cujus supra interrupta est oratio C. 1. v. 39. mox v. 40. idem

refert quidem leprosi miraculum; S. Lucas interponit
Cap. 5 inde eum tres versiculos narrat quatuor
discipulorum evocationem e piscibus ad piscaturam
hominum, sed quo illa narratio pertineat, supra
dictum est hom. 7. subinde statim de eodem leproso
et Lucas ipse etiam subsequitur. Ergo ratio
sic continuandi quæ sit, satis probatum est.
Gravior difficultas in eo sita est an recte post ea
quæ dicta sunt, continuetur Christiana historia subjungendo
sanationem languidi ad probaticam, et quæ sequuntur
apud S. Joannem toto Cap. 5. Ad hæc quod pertinet,
eorum opinio jam ante rejecta est homilia quinta
qui censent miraculum ad probaticam in paschate
peractum a domino fuisse. S. Joannes quidem
nullam temporis apposuit notam, quo conjiciamus
illud contigisse nisi quod legimus apud eundem
S. v. 9. Erat autem sabbatum die illo. Inclinat
animus tamen ut existimet quandoquidem in
paschate res ea non facta fuit, in altera aut
festa ex tribus vicibus cum per singulos annos
festa celebrabant (Exod. C. 23. 14. 15.) hoc factum
fuisse videlicet vel in solemnitate Pentecostes, vel
tabernaculorum. Inclinat meus tamen, ut potius in
Pentecoste rear, quam in scenopegia sanatum
eum languidum. Suffragatur enim auctoritas
S. Joannis Chrysostomi hic in Joann. hom. 35 Trans.
Arct. interpr. dicentis: Post hæc erat dies festus Judæorum
quinam ^ut mihi videtur Pentecostes^ et ascendit Jesus Hierosolymam. Et ratio
etiam videtur porcere ut censeamus ibi figendam
esse hanc solemnitatem, ubi commodissime videri
extitisse, et existimari illa potest. Sed a paschate
præcedente de quo S. Joannes meminit C. 2 v. 23.
ad Pentecosten, quo tempore lex præcipiebat Judæis
ut accederent Jerusolymam tamdiu intercessit
temporis, quantum est satis ad eorum gestorum
periodum circumeundam, quæ hactenus historia
Christi ex omnibus Evangelistis complexa est. Ergo
festivitas hæc Pentecostes erat. Qua ordine
duæ res confirmantur, quarum altera vicissim probat
alteram. Primo enim decernimus Christiani temporis
probitur cadentes excurrisse ab ejus Baptismo ad
Pentecostem. Et propterea quoniam illa actiones
ratione Domini extiterant quibus tempus ad Pentecosten
currens potest sufficere, et ut existimamus Pentecosten
tum fuisse neque ratio prohibet neque non suadet
auctoritas, illud etiam facile proinde arguitur esse
idoneam, et appositam continuationem a nobis accuratè
historiæ Christianæ post ea quæ dicta cum sanatione
languidi ad probaticam piscinam. Sanatio, inquam

Reliqui ad probaticam Hierosolymitanam facta est
postquam dominus de monte descendens curavit leprosum
de quo in Catena nostra hom. l. 3. Cap. 21. dictum.
Probatur. Sanatio illa auctore S. Joanne Chrysostomo
facta est in Pentecoste. Ergo illi attribuendum est id
temporis cum actis domini conjunctum, quod magis
cum hac die consentire videatur. Atqui res eatenus ab
aliis Evangelistis narratæ eæ, tot, ac tantæ sunt, ~~tempus~~
ut tempus post baptismum domini ad Pentecostem
productum illis sufficiat. Ergo sanatio facta in Pentecoste
Jerosolymis illa proxime subsequuta est.
Dices. atque in quatuor Evangelistis nullum est satis perspicuum
signum, quod persuadeat hanc continuationem. Ego
vero non dubito, quin in re obscura, ubi desunt quæ
persuadeant, illa magnum momentum obtineant quæ
etiam tantum suadeant. Res quæ in ~~[illegible]~~ Evangelistis
varie narrantur, in nostro syntagmate se non implicant;
sunt penitus ejusdem anni; accedunt certe ad id
temporis, quo a nobis sitæ sunt, si aliquantulum
etiam fortiore ~~[illegible]~~: Est igitur ut maneamus
in sententia, donec fortioribus argumentis doctor
quispiam de illa nos dejicit.
Subveniunt etiam novæ conjecturæ, neque illæ aspernendæ;
ex consensu quippe petitæ, omnium Evangelistarum.
Nam post sanationem ad probaticam, et cætera gesta
a domino per id temporis Jerosolymis, subiungit
tandem S. Joannes c. 6. v. 1. Post hæc abiit Jesus
trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Vide quam
hæc consentiant cum aliis tribus Evangelistis. Nam Matthæus
quidem Capite 8. post leprosi curationem res multas
a domino perfectas ~~[illegible]~~ congerit; sed earum
tempora non determinat, ut licet cognoscere ex iis,
quæ diximus de socru Petri homil. 4. Quare auctor
major nobis est unus traditione Marci, et Lucæ. S. Marcus
porro, cujus hactenus totum caput perlegimus primum
sic incipit Caput 2. Et iterum intravit Capharnaum
post dies. Tum subiungit miraculum Paralytici, quod S.
Lucas habet c. 5. a v. septimo post decimum. Et divus
Matthæus C. 9 incipiens a vers. 1. S. Matthæus sic incipit
scriptionem. et ingrediens naviculam transfretavit, et
venit in civitatem suam. Intellige Capharnaum, ut habitare
instituerat ut dictum est homil. 6. Dies illos, post
quos dominus dicitur a S. Marco dominus intrasse Capharnaum
intellige quibus gesta per illum ea sunt, quæ ex Matthæo,
et Joanne supplevimus. Quod autem ingressus in naviculam
venit Capharnaum, si navicula hæc illi opus erat

Similiter S. Lucas ante miraculum Paralytici retulit leprosi
mundationem eodem ordine quo S. Marcus

Galilæam pervenerit, multo magis erat non
venient ex Judæa. Ergo ita res ipsæ se recomponunt
ad farciendam historiam, ut enucleatius nihil
expectare debeamus.
Alia et quidem notatu dignissima ejus rei conjectura petitur ex nomenclatura Filii hominis, quam Dominus
assumpsit primo Joannis cap. 5. v. 27. Item post illud usurpavit Marci C. 2. v. 10. de qua vide quæ dicta
~~Historiæ~~ composita sunt ad Marci C. 2. v. 20.

Cap. 23.

1. Sanatio Paralytici.

Matthæi C. 9. v. 1. ad 8. Marci Cap. 2. v. 1. ad 12. Lucæ C. 5. v. 17. ad 26.

Et ascendens in naviculam transfretavit, et venit in civitatem suam et iterum intravit
Capharnaum post dies.
Et factum est in una dierum, et ipse sedebat docens: et auditum est, quod in domo esset
et convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad januam: et loquebatur eis verbum
Et erant Pharisæi sedentes, et legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ, et Judææ.
et Jerusalem: et virtus Domini erat ad sanandum eos.
Et ecce viri venerunt ad eum portantes ferentes in lecto hominem qui erat paralyticus: et ecce
offerebant ei paralyticum jacentem in lecto, qui a quatuor portabatur.
Et cum non possent offerre eum illi præ turba, et non invenientes qua parte illum inferrent
præ turba, ascenderunt supra tectum, nudaverunt tectum ubi erat: et patefacientes
submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat: et per tegulas submiserunt eum
cum lecto in medium ante Jesum.
Cum autem vidisset Jesus fidem illorum: quorum fidem ut vidit: et cum vidisset ~~Jesus~~ videns
~~cogitationes eorum~~, dixit, ait paralytico: Confide fili: Homo: remittuntur, dimittuntur tibi
peccata tua.
Erant autem illic quidam de scribis sedentes, et cogitantes in cordibus suis: et ecce quidam de
scribis dixerunt intra se: et cœperunt cogitare scribæ, et Pharisæi dicentes: Hic blasphemat.
quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest
dimittere peccata, nisi solus Deus?
Quo statim cognito, ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum et cum vidisset spiritu suo quia sic
cogitarent intra se, respondens dicit, illis dixit ad illos: quid cogitatis? ut quid cogitatis mala? quid
ista cogitatis in cordibus vestris?
Quid est facilius: dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata tua: an dicere surge, tolle grabatum
tuum, et ambula?
Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico)
tibi dico: surge, tolle lectum, grabatum tuum, et vade in domum tuam.
Et statim surrexit ille et confestim consurgens coram illis tulit lectum in quo jacebat: et sublato
grabato abiit coram omnibus: ~~iterum~~ et ~~abiit in domum suam~~ magnificans deum.
Ita ut mirarentur omnes, et honorificarent Deum dicentes, quia nunquam sic vidimus.
Videntes autem turbæ timuerunt et stupor apprehendit omnes: et glorificaverunt deum, et magni-
ficabant Deum, qui dedit potestatem talem hominibus: et repleti sunt timore dicentes: quia
vidimus mirabilia hodie

24.

1. Vocatio Matthæi.

Matth. C. 9. v. 9. ad 13. Marci C. 2. v. 13. ad 17. Lucæ C. 5. v. 27. ad 32.

Et post hæc exiit, et cum transiret inde Jesus egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, et docebat eos.

Et cum præteriret vidit hominem publicanum sedentem in telonio nomine Levi Alphæi Matthæum nomine: et ait illi: sequere me: et relictis omnibus surgens secutus est eum.

Et factum est discumbente eo in domo, cum accumberet in domo illius, ecce multi publicani et peccatores venientes simul discumbebant cum Jesu, et discipulis eius: erant enim multi, qui et sequebantur eum.

Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. et erat turba multa publicanorum, et aliorum, qui cum illis erant discumbentes.

Et videntes murmurabant Pharisæi et Scribæ eorum et dicebant discipulis eius, dicentes ad discipulos ejus.

Quare cum publicanis, et peccatoribus manducat, et bibit magister vester? manducatis, et bibitis?

At Jesus audiens, hoc audito ait illis: et respondens dixit ad illos: non est opus valentibus medico, sed male habentibus. non necesse habent, qui egent qui sani sunt medico, sed qui male habent: Euntes autem discite, quid est, misericordiam volo et non sacrificium. non enim veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Cap. 25.

1. Quæstio discipulorum Joannis.

Et erant discipuli Joannis, et Pharisæi jejunantes: tunc accesserunt ad eum, et veniunt, et dicunt illi: at illi dixerunt ad eum dicentes:

Quare discipuli Joannis, et Pharisæorum jejunant: nos et Pharisæi jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant: tui autem edunt, et bibunt?

Quibus ipse ait, et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi, filii nuptiarum lugere quamdiu cum illis est sponsus? jejunare? Numquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus facere jejunare?

Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare.

Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus: cum ablatus fuerit ab illis sponsus: et tunc jejunabunt in illis diebus.

Dicebat autem et similitudinem ad illos: nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: quia nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. nemo commissuram a novo vestimento immittit in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius a vestimento: alioquin aufert supplementum novum a veteri: alioquin et novum rumpit: et pejor scissura fit: et veteri non convenit commissura a novo.

Neque mittunt, et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin rumpet, disrumpet vinum utres, rumpentur utres: et vinum ipsum effundetur, effundetur, et utres peribunt, peribunt.

Sed vinum novum in utres novos mittunt, mitti debet, mittendum est: et ambo utraque conservantur.

Et nemo bibens vetus statim vult novum: dicit enim vetus melius est.

Cap. 26.

1. Resuscitat filiam Jairi.

2. Sanat profluvam.

Hæc illo loquente ad eos, et cum transcendisset Jesus in navi rursum trans fretum, convenit turba multa ad eum, et erat circa mare.

Et ecce vir princeps unus quidam accessit venit de archisynagogis nomine Jairus, cui nomen Jairus, et ipse princeps Synagogæ erat: et videns eum cecidit, procidit ad pedes ejus Jesu, et adorabat eum, rogans eum, ut intraret in domum ejus, et deprecabatur eum multum dicens:

Domine, filia mea modo defuncta est, quoniam in extremis est: sed veni, impone manum tuam super eam, ut salva sit, et vivat, et vivet.

Quia unica filia erat ei fere annorum duodecim et hæc moriebatur.

Et surgens Jesus abiit cum illo, et sequebatur eum, et discipuli eius

Et sequebatur eum turba multa, et comprimebant eum: et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur

... l. 5. C. ...

Et ecce mulier quaedam erat in fluxu sanguinis quae erat in profluvio sanguinis, quae
sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim ab annis duodecim quae in medicos
erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari
Et fuerit multa perpessa a compluribus medicis, et erogaverat omnia sua, nec quidquam
profecerat, sed magis deterius habebat.
Cum audisset de Jesu, venit in turba retro, accessit retro, et tetigit vestimentum ejus, fimbriam
vestimenti ejus ...
Dicebat enim intra se: quia si vel tetigero tantum vestimentum ejus salva ero.
Et confestim siccatus est fons sanguinis ejus: et sensit corpore, quia sanata esset a plaga: et
confestim stetit fluxus sanguinis ejus.
Et statim Jesus in semetipso cognoscens virtutem, quae exierat de illo conversus ad turbam ajebat
quis tetigit vestimenta mea? Et ait Jesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus et qui cum illo erant, Praeceptor, turbae te comprimunt et affligunt, et dicis Quis tetigit?
Et dixit Jesus: tetigit me aliquis: nam ego novi virtutem de me exisse.
Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, et dicis: quis me tetigit?
Et circumspiciebat videre eam, quae hoc fecerat.
Mulier vero timens, et tremens, sciens quod factum esset in se, videns autem quia non latuit,
venit et procidit ante eum, ante pedes ejus, et dixit ei omnem veritatem: et ob quam causam
tetigerit eum indicavit coram omni populo: et quemadmodum confestim sanata sit.
At ipse Jesus conversus, et ille autem videns eam, dixit ei: confide filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace
et esto sana a plaga tua. Et salva facta est mulier ex illa hora.
Adhuc eo illo loquente venit quidam ad principem synagogae dicens ei; veniunt ab archisynagogo
dicentes: quia filia tua mortua est, noli vexare illum: quid ultra vexas magistrum?
Jesus autem audito hoc verbo quod dicebatur ait archisynagogo, respondit patri puellae: noli timere
crede tantum, tantummodo crede, et salva erit.
Et ~~cum venisset~~ veniunt in domum archisynagogi, et videt tumultum, et flentes, et ejulantes
multum. ...
Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines, et turbam tumultuantem, dicebat:
recedite non est enim mortua puella, sed dormit: et deridebant eum. Et ingressus ait illis:
quid turbamini, et ploratis? puella non est mortua, sed dormit, et deridebant eum.
Ipse vero ejectis omnibus, non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum, et Jacobum, et Joannem
et patrem, et matrem puellae.
Assumit patrem et matrem puellae et qui secum erant, et ingreditur ubi puella erat jacens.
Flebant autem omnes, et plangebant illam. At ille dixit nolite flere. non est mortua puella,
sed dormit
Et deridebant eum scientes quod mortua esset.
Et cum ejecta esset turba intravit, et tenuit manum ejus. et tenens, ipse autem tenens
manum puellae ejus ait illi clamavit dicens: Talitha cumi, quod est interpretatum Puella
tibi dico, surge.
Et reversus est spiritus ejus, et confestim surrexit continuo puella, et ambulabat. erat autem annorum
duodecim. et obstupuerunt stupore magno. et stupuerunt parentes ejus
et ~~[illegible]~~ praecepit illis quibus praecepit vehementer, ut nemo id sciret, ne alicui dicerent, quod factum
erat, et dixit, jussit illi dari manducare.

Cap. 27.

1. Sanat duos caecos.

Math. C. 9. v. 27. ad 31.

Cap. 28.

1. Sanat mutum.

Matt. C. 9. v. 32. 33. 34.

Homilia 10

~~Continuatio~~ Methodus historiæ Christianæ usque ad primam missionem Apostolorum.

In oratione superiori ratio reddita est propter historiæ nostræ compositionem exteriorem, dum Dominus a S. Matthæo dicitur Cap. 9. v. 1. ascendens in naviculam transfretasse, et a S. Marco C. 2. v. 1. iterum intrasse Capharnaum post dies; quippe consonat S. Joanni qui Cap. 6. v. 1. dicit: Post hæc abiit Jesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. In oratione quæ nunc sequitur, profitebimur historiæ Christianæ methodum usque ad missionem primam Apostolorum, quæ quidem eorundem institutio omnino fuit, quare inquit S. Lucas C. 6. v. 13. quos et Apostolos nominavit. Epitome huius methodi hæc porro est.

1. Dominus Judæam relinquens transfretavit navicula, et venit Capharnaum in civitatem suam.
2. Sanat ibi paralyticum.
3. Egressus rursus ad mare vocat Matthæum.
4. Conversans apud Matthæum respondet invidiæ discipulorum Joannis, et Pharisæorum.
5. Convenitur a Jairo.
6. Sanat emorrhoissam.
7. Resuscitat filiam Jairi.
8. Sanat duos cæcos.
9. Sanat mutum.
10. Instituit Apostolos.
11. Illis emissis, transit in civitates eorum, et prædicat.

Porro sanatio Paralytici concordat apud tres Evangelistas uno loco, eodemque, quam quidem exhibet S. Matthæus principio noni cap. ad usque v. 8. Marcus aliquanto uberius amplificat C. 2. ad v. 12. Lucas vero C. 5. a v. 17. ad 26.

Probat post illam sese continuatio cum vocatione Matthæi, jam proxime subsequens apud tres Evangelistas pariter. Tum sequitur continuata pariter et loco et tempore querela discipulorum Joannis, et Pharisæorum; quippe acta in ipsa domo Matthæi inter lances, et scyphos. Subsequitur proxima resuscitatio filiæ Jairi, et sanatio Emorrhoissæ, nam loquente adhuc Domino ad discipulos Joannis, ut S. Matthæus testatur C. 9. v. 18. accessit Jairus orans pro filia. Hanc historiam Lucas ~~[illegible]~~ Marcus et ~~[illegible]~~ contraxit. Marcus C. 5. incipiens a v. 22. et Lucas refert ~~[illegible]~~ C. 8. v. 41. ~~et~~ et infra, incipiens in hunc modum et ecce vir ~~[illegible]~~ cui nomen Jairus erat. Quo exemplo est, illud animadvertendum, ecce particulam non significare ibi continuationem temporis ad ordinem rerum gestarum, sed solam continuationem styli, et dictionis, quæ res sæpius animadvertitur necesse est in Evangelistis. De qua supra etiam sermo fuit homilia secunda ad illud Matthæi C. 2. v. 1. ecce magi ab oriente venerunt Jerosolymam et

Qu in

Subsequitur post resuscitatam Jairi natam sanatio duorum cæcorum, ideo proxime subiungenda, quia proxima loco refertur a S. Matthæo, neque de illa apud alios Evangelistas quidquam legimus.

Eadem ratio est continuandæ historiæ cum miraculo muti Matthæi C. 9. v. 32. 33. 34. Qui sane ut videtur nonnullis non est idem atque ille de quo C. 12. apud eundem S. Matthæum. Cur enim bis repeteret S. Evangelista rem eandem gestam, cum tot superessent alia quæ nec mundus ipse caperet, videretur, si conscriberentur in libros, ut utar verbis S. Joannis C. 21. ad finem. Ille igitur de quo S. Matthæus C. 12. a v. 22. iste de quo quatenus cæteri Evangelistæ concordent, vide sis in catena nostra C. 43.

Post hæc subnectenda occurrit missio prima Apostolorum, quæ sane institutio fuit illius ordinis, ut ex ipso vocabulo patet; est enim Apostolus nostro sermone idem qui emissus. Variant Evangelistæ in illa collocanda. Neque vero sunt apud illorum quempiam manifesta signa, ut intelligas rem proxime ab illis continuatam post ea quæ præcessissent. Matthæus C. 9. a v. 35. hanc historiam protendit ad totum reliquum caput decimum. Marcus attingit breviter C. 6. v. a 7. ad 13. Lucas eam habet C. 9. incipiens a v. 1. Excurritque ad finem capitis. ~~Habes itaque [illegible], Theophile, quam tibi ad modum [illegible] historiam usque ad C. 33.~~

H In hac tanta varietate sententiarum oportebat ex tribus Evangelistis qui hæc referunt, sed locis immutatis unum seligere præcipuum, qui filum historiæ protenderet, et continuaret. Hic potissimum S. Matthæus nobis visus est, qui sane, quia his actis interfuit, et illorum pars magna fuit, et quia etiam proxima contigerunt postquam ipse a Domino vocatus est, videtur omnia [illegible] potuisse facilius eo singula ordinare loco, quo rei ipsa perspexit.

Discipulis emissis Dominus illis remotis, et promulgantibus transit per civitates officium Evangelii praedicans; id quod Matthæus dicit C. 11. v. 1. At quod prius venerit Capharnaum, ubi sanat puerum Centurionis, id quod idem Matthæus superius retulerat C. 8. incipiens a v. 5 i. subsequenti [illegible] probabitur.

5.

Historię Compositę

Cap. 32.

Curat Capharnaum puerum Centurionis.

Matthęi C. 8. a v. 5. ad 13. Lucę C. 7. a v. 1. ad 10.

Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis intravit Capharnaum.
Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio ~~rogans eum~~.
Centurionis autem cujusdam servus male habens erat moriturus, qui illi erat pretiosus.
Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judęorum rogans eum, ut veniret et salvaret servum ejus.
At illi cum venissent ad Jesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei: quia dignus est, ut hoc illi prestes.
Diligit enim gentem nostram. et synagogam ipse ędificavit nobis.
Jesus autem ibat cum illis: et cum jam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos dicens:
domine, noli vexari: non enim ~~sub~~ sum dignus ut sub tectum meum intres.
Et ait illi Jesus: ego veniam, et curabo eum.
Et respondens Centurio, rogans eum, et dicens ait: domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.
~~Nam et ego homo sum sub potestate~~ Puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur
Propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te; sed dic tantum verbo, et sanabitur puer meus.
Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: et dico huic: vade, et vadit: et alii: veni, et venit: et servo meo: fac hoc, et facit.
Audiens autem quo audito Jesus miratus est: et conversus sequentibus se turbis dixit: amen dico vobis: non inveni tantam fidem in Israel: nec in Israel tantam fidem inveni.
Dico autem vobis: quod multi ab oriente, et occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac, et Jacob in regno cęlorum.
Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.
Et dixit Jesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.
Et reversi, qui missi fuerant, domum, invenerunt servum, qui languerat sanum.

Cap. 33.

1. Dominus Naim resuscitat filium viduę.

Lucę. C. 7. v. 11. ad 17. [illegible]

Cap. 34.

1. Recusat Scribam petentem fieri discipulum.

Matth C. 8. vv. 18. 19. 20. Lucę C. 9 vv 57. 58.

Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum.
Factum est autem, ambulantibus illis in via dixit quidam ad illum, et accedens unus scriba ait illi: magister, sequar te quocunque ieris.
~~Jesus autem~~ Et dicit ei dixit illi Jesus: vulpes foveas habent, et volucres cęli nidos filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

Caput 35

1. Respondet excusantibus.

Matth. C. 8. vv. 21. 22. Lucę C. 9. vv. 59. 60. 61. 62.

Ait autem ad alterum: sequere me. Ille autem alius de discipulis ejus ait dixit illi: domine, permitte mihi me primum ire, et sepelire patrem meum.
Jesus autem ait illi, dixitque ei Jesus: sequere me: sine ut mortui sepeliant mortuos suos: et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. tu autem vade et annuncia regnum Dei
Et ait alter sequar te, domine, sed permitte mihi primum renunciare his, quę domi sunt
Ait ad illum Jesus. nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei

Homilia 21.

Post Apostolos jam primum missos.

Rem brevem hac oratione ad delarandum sumo
quia difficilem, et implicatam, ut quo sola magis,
eo ardentius tractetur. Quæritur igitur post
missionem illam primam, qua instituti Apostoli
sunt, quæ videatur continuatio esse rerum. Nam
1. Epitome quidem colligit nostra quæ sequuntur.
1. Dominus transit docens in civitatibus discipulorum.
2. Sanat Capharnai filium Centurionis.
3. Resuscitat Naim filium viduæ.
4. Recurat scribam petentem fieri discipulum.
5. Quinto respondet variis excusantibus se ab
discipulatu, vel illum petentibus.

Porro illud primum quare continuatur, dictum est
oratione præcedenti.

Miraculum Centurionis Capharnai donatum subsequitur
probabiliter propter rationes duas. Prima quidem
nam quæ d. Matthæus cap. 8. congessit, non omnia
servant continuationem ordinatam temporis, sicut
dictum est homil. 7. et 8. Fit proinde ut sicut
earum rerum locus et annum, quæ habentur eo
cap. plerumque quæsitus sit ex argumentis, quæ
ab aliis Evangelistis desumpta sunt: ita etiam
ex horum doctrina peti debeat, ubinam potissimum
Centurionis miraculum, et fides comperiatur.
Hæc ratio probat hactenus cur pueri Centurionis
sanatio loco movenda visa sit inter ea, quæ
hactenus ex d. Matthæo in Catena posita sunt lecta.

Superest ut videamus cur illi nunc tandem
locum in hac compositione fecerimus. Videlicet
quia d. Lucas, qui eandem rem gestam narrat c. 7.
dicit post orationem habitam a Domino ad novos
Apostolos Dominum ingressum Capharnaum, eoque
tempore denotat sanationem pueri Centurionis
donatam fuisse: quippe ita loquitur vv. 1. 2.
Cum autem implesset omnia verba sua in aures
plebis, intravit Capharnaum. Centurionis autem
cujusdam servus male habens erat moriturus,
qui illi erat pretiosus. Ubi vides Dominum dici
ingressum Capharnaum post orationem traditam
ad novos apostolos. Porro quandonam periclitabatur
servus Centurionis? Videlicet cum Dominus complesset
verba, Centurionis servus erat moriturus. Ergo
miraculum Centurioni donatum post electionem
duodecim Apostolorum collocandum est. Atqui
electionem primam, missionemque Apostolorum d.
Matthæus refert c. 10. incipiens a v. 4. ad finem

ejus Capitis · et post illud subiungit ingressum [illegible]
in civitates emissis iam discipulis C. 11. v. 1. cum eamdem
missionem Apostolorum primam S. Lucas susceperit
describendam C. 6. a v. 12. et produxerit ad finem
Capitis; post quam tantisper miraculum pueri
Centurionis refert, sicut paulo ante legebam. Ergo
miraculum hoc opportune ibi refertur, ubi illud apponimus.
Subsequitur pueri Centurionis sanationem resuscitatio
filii viduae in urbe Naim. Ubi enim potius illa sisteretur,
cum eam rem nullus praeter Lucam Evangelistam
scripserit, quam ubi apud auctorem suum continuatam
videsne? At quoniam Naim etiam filius viduae a domino resuscitatus videtur apostolis peregre agentibus, textus ille S. Lucae explicandus est C. 7. v. 11. ubi ait: <u>et ibant cum eo discipuli eius et turba copiosa.</u> Inquires enim quinam hi discipuli, si aberant Apostoli? Respondeo, ipsa <u>turba copiosa</u>, quae subsequitur, erant discipuli. Cum enim in Evangelio pluribus modis dicatur aliquis domino professus discipulatum, tum quicumque illum adibant sacram excepturi doctrinam ad hoc genus pertinebant. Nam <u>si quis observare velit attentius plures reperiet servatoris nostri discipulos vel ex unius Pauli testimonio (1. Cor. C. 15. 6.) qui Christum postquam a mortuis suscitatus est apparuisse dicit plus quam quingentis fratribus simul.</u> Euseb. Eccles. historiae L. 1. C. 12. Clarius illud firmius que testimonium quod petimus ex ipsis Evangelistis. Nam dum tres de eadem petitione re consonant Matthaeus Cap. 16. v. 24. Marcus C. 8. v. 34. Lucas C. 9. v. 23. dicit Matthaeus: <u>tunc ~~dixit~~ Jesus dixit discipulis suis.</u> dicit Marcus: <u>et convocata turba cum discipulis suis dixit eis.</u> dicit Lucas: <u>dicebat autem ad omnes.</u> Videlicet si quis vult venire <u>post me, abneget semetipsum etc.</u> Ergo ipsae turbae inibant nonnunquam nomen discipulorum.
At excipit hanc duplex et ea diversa de discipulis comprehendis
habita a domino ratio, quam S.S. Matthaeus, et Lucas
scriptis tradiderunt. Unus enim vocatur a domino et
compellitur ad discipulatum quamvis excusans. De hoc
S. Matthaeus C. 8. vv. 21. 22. et S. Lucas C. 9. vv. 59. et 60.
Alter petit ut fiat discipulus, et revocatur a domino.
Lucae c. 9. vv. 61. 62. Quaeres cur horum monumenta
hic subiiciantur, cum neque apud Matthaeum, neque
apud Lucam continuentur, quae referebantur.
Ratio igitur illa est, quam videamur afferre probabiliter
posse, nam post fidem Centurionis S. Matthaeus refert
de socru Petri; cuius gratia ad quem locum in
hac serie pertineret dictum est homilia 7. Remota
de loco sanatione ~~de~~ socrus Petri removenda simul
etiam illa fuerunt de multis sanitatibus, quas eadem
vespere dominus contulit, ut legis apud eundem
S. Matthaeum C. 8. vv. 16. 17. Fit consequens, ut
omissis nunc quatuor versiculis, proximum reditum
faciamus ad filum Matthaei, cum nihil aliud sit,
quod nos potius moneat. Igitur de discipulis statim,
cum invitato ad sequelam domini, tum revocato.
At Lucas de his ~~tandem~~ non nisi tandem Cap. 9. a v.
57 ad finem illius Capitis. ~~At Lucas~~ Cur interea
in textu Lucae tanta praecisio fit, nam dessitus est
supra Cap. ~~et~~ apud nos 33. in Catena Lucae textus
iam Cap. 7. v. 17.
Ratio est, nam quae Lucas prosequitur C. 7. v. 18. nullo
signo determinant tempus, quo proprie evenerint.
Sequitur enim. <u>et nunciaverunt Joanni de omnibus</u>
<u>his.</u> Videlicet ii <u>nunciaverunt</u> Joanni, qui partem nullam habuerunt
in rebus gestis, quae narrabantur, videlicet discipuli
Joannis; <u>nunciaverunt</u> porro <u>de omnibus his</u>, hoc est
de iis omnibus, quae per id tempus et gesta erant, et
gerebantur; unde et intelligas de his, quae in textu
subsequuntur, ne dum de iis tantum, quae praecesserunt.
Fateli igitur, quae quantaque ratio sit transferendi
de loco Vs. a S. Luca scripta

Adde illud etiam, non [illegible] est illa
distinguenda, satisque esse duodecim Apostolis jam
profectis a domino, et procul agentibus. Videlicet
cum dominus emisisset a se duodecim, quos primo
vocaverat, quosque habere solebat conjunctissimos,
incessit voluntas uni quidem sequendi dominum,
qui a domino recusaretur, alteri mora, atque
perplexitas sequendi cum a domino fuisset invitatus.
Conjicimus autem apostolos per id tempus a domino abfuisse,
quia etiam ubi fides Centurionis agitur, nulla ibi
inter tanta mentio discipulorum est. Cum enim
fidelissimus Centurio vellet dominum exorandum [illegible]
sibi, non discipulos interposuit, sicut alii fecerunt [illegible]
qui ab eo quidpiam cuperent, ut gentiles illi apud
S. Joannem qui idcirco accesserant ad Philippum,
cum vellent Jesum videre Cap. 12. v. 21. sed seniores
Judaeorum Centurio misit rogans eum ut salvaret
servum ejus. Luc. C. 7. v. 3. Nimirum apostoli
per id tempus peregre evangelizabant. Indeque
nova accedit ratio, qua perficitur recte sanatio
socrus Petri a nobis abjuncta esse a filio Matthaei,
quod homiliae septimae argumentum erat. Quia
scilicet, quo tempore sanatus Centurio est, duodecim
non erant cum domino, ergo non potest continuari
ita historia Christiana, ut post sanatum servum
Centurionis dominus ingrederetur domum ad
Petrum, sed per ea magis in quibus signa non desint Apostolos a domino [illegible]
Cumque haec ita sint, et alterum a domino invitatum
ad sequelam, et alterum recusatum duodecim longe
agentibus, non modo consequitur probabiliter, sed
[illegible] procul [illegible]
versarum debere eo retinui, quo contendimus.
Vides enim a missione prima discipulorum, quam
S. Lucas refert jam Cap. 9. incipiens a v. 1. ad
C. 9. v. 57. quam multa legantur a domino acta
post discipulos iam regressos, unaque cum illis.
Et praeterea licet intelligere duos illos, de quibus in
praesenti textu agimus alios prorsus fuisse a duodecim
apostolis; quippe alter Apostolis iam dimissis a
domino sollicitabatur, alter a domino non recusaretur [illegible] fuerint, dicetur in Commentario
si fuisset ex duodecim. Ac sit conjectura de iisdem quinam [illegible]
Uterque porro et sollicitabat
et sollicitabatur, quia vacaret apud dominum
Apostolis primis iam dimissis. Quod si Apostoli jam
aberant, et jam splendescere domini virtutibus incipiebat,
ratio est evidens, cur illis egressis, scriba quidem [illegible]
5 pareret dominum; alter autem ad officium a domino
sollicitaretur, qui tamen imperfectus adhuc animo, et
consilii impos adduci posset ad capiendum de domo
non posset impedimentis domesticis impeditus. Ergo
non inepte continuatio haec verum stabilita nostra
diligentia est.

Historiæ Compositæ l. 2.

Cap. 56

1. Joannes mittit duos discipulos ad Jesum.

Matth. c. 11. vv. 2. ad 6. Lucæ c. 7. vv. 18 ad 23.

Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his.
Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, ~~mittens et~~ convocavit duos de discipulis suis, et mittens misit ad Jesum dicens, et ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?
Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Joannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?
In ipsa autem hora multos curavit a languoribus, et plagis, et spiritibus malis, et cæcis multis donavit visum.
Et respondens Jesus dixit ait illis: euntes renunciate Joanni, quæ audistis, et vidistis: quia cæci vident; claudi ambulant; leprosi mundantur, surdi audiunt; mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.
Et beatus est quicumque qui non fuerit scandalizatus in me.

Cap. 57.

1. Laudat Joannem.

Matth. c. 11. a v. 7. ad 15. Lucæ c. 7. a v. 24 ad 28.

Illis autem abeuntibus, et cum discessissent nuntii Joannis, cœpit Jesus de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?
Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis vestitum, indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur, qui in veste pretiosa sunt, et deliciis in domibus regum sunt.
Sed quid existis videre? prophetam? Utique etiam dico vobis, et plus quam prophetam.
Hic est enim de quo scriptum est: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
Amen dico enim vobis: non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno cœlorum dei, major est illo.
A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.
Omnes enim prophetæ et lex usque ad Joannem prophetaverunt.
Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.
Qui habet aures audiendi audiat.

Cap. 58.

1. Exprobrat incredulos tum Joanni, tum sibi.

Matth. c. 11 vv. 16. 17. 18. 19. Lucæ c. 7. a v. 29. ad 35.

Et omnis populus audiens, et publicani justificaverunt deum baptizati baptismo Joannis
Pharisæi autem, et legisperiti consilium dei spreverunt in semetipsis non baptizati ab eo
Ait autem dominus: cui autem ergo similem æstimabo generationem istam? similes dicam homines generationis hujus? Et cui similes sunt?
Similis est, similes sunt pueris sedentibus in foro, et loquentibus ad invicem, et dicentibus, qui clamantes æqualibus dicunt:
Cecinimus, cantavimus vobis tibiis, et non saltastis. lamentavimus, et non planxistis, et non plorastis.
Venit enim Joannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum; et dicunt, et dicitis: dæmonium habet.
Venit filius hominis manducans et bibens: et dicunt, et dicitis: ecce homo devorator vorax, et potator vini, et bibens vinum: publicanorum, et peccatorum amicus.
Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis.

Historiæ Compositæ l. 11.

Cap. 39

1. Exprobrat incredulitatem civitatibus
Matth. c. 11. v. 20. ad 24.

Cap. 40.

1. ~~Confitetur Patri~~ Cœnat prima apud Pharisæum.
~~Matth. c. 11. v. 25. ad 30.~~ Lucæ c. 7. v. 36. ad finem.

Cap. 41.

1. Excipit duodecim revertentes ex missione.
~~1. Cœnat prima apud Pharisæum~~
~~Matthæi c. 11. v. 25. ad 30.~~
~~Lucæ c. 7. 36. ad finem~~ ~~et c. 8. v. 1. 2. 3.~~ Diversatur cum discipulis
2. Matth. c. 11. v. 25. ad 30. Lucæ c. 8. v. 1. 2. 3.

Cap. 42.

1. Discipuli domini vellunt spicas sabbato
Matth. c. 12. v. 1. ad 8. Marci c. 2. 23. ad 28. Lucæ c. 6. v. 1. ad 5.

Factum est autem in sabbato secundo primo, et factum est iterum cum dominus sabbatis ambularet per sata; in illo tempore abiit Jesus per sata sabbato, cum transiret per sata: vellebant discipuli ejus spicas, confricantes manibus: et discipuli ejus cœperunt progredi, et vellere spicas discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas et manducare.
Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: quid facitis, quod non licet in sabbatis?
Pharisæi autem videntes dicebant, dixerunt ei: ecce, discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbatis. ecce quid faciunt sabbatis quod non licet.
At ille dixit eis, et respondens Jesus ad eos dixit, et ait illis: nonne legistis, nunquam legistis, nec hoc legistis quid fecerit, quod fecit David quando necessitatem habuit, et esuriit, cum esuriret ipse, et qui cum eo illo erant.
Quomodo intravit, intravit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis comedit, ~~manducavit~~ sumpsit et manducavit, quos non licebat ei edere, manducare, neque his qui cum eo erant quos non licet manducare, nisi tantum solis sacerdotibus. et dedit eis his qui cum ipso erant.
Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, et sine crimine sunt?
Dico autem vobis, quia templo major est hic.
Si autem sciretis, quid est: misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.
Et dicebat eis: sabbatum propter hominem factum est: et non homo propter sabbatum.
Itaque et dicebat illis: quia dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

Homilia 12.

Continuatio historiæ Christianæ usque ad sabbatum secundo primum

Post dimissos ab se apostolos quid egerit dominus superiori epitome collectum est. Pertinent ad idem fere tempus quæ subsequuntur.

1. Legatio discipulorum Joannis.
2. Dominus laudat Joannem.
3. Exprobrat incredulos tum sibi, tum Joanni
4. Extendit ~~proximum~~ ad civitates.
5. Cœnat ~~primum~~ ~~redeuntes ex missione~~ apud Simonem
6. Excipit discipulos ~~apud Simonem~~ redeuntes ex missione.
7. Iter facit per civitates, et castella
8. Discipuli vellunt spicas sabbato

Difficultas est in primo, utrum videlicet legatio discipulorum Joannis ad dominum post ea subsecuta sit, cognita ea quæ superius lecta sunt. Illam enim refert

+H

5.

S. Matthæus C. 11. incipiens a v. 2. Ut autem illud, quod difficultatem facere potest, ponatur ante oculos illorum universum, qui hæc considerant, S. Matthæus sic habet C. 11. vv. 1. 2. Et factum est cum consummasset Jesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, ut doceret et prædicaret in civitatibus eorum. Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis etc. Ergo, inquies, legatio discipulorum Joannis missa est iam simul agentibus duodecim cum Domino.

Verum econtra ipso penitus se habet res. Nam cum præcessisset apud S. Matthæum ipsa legatio Apostolorum, sive institutio, sive missio, ut mavis dicere, et subiungat Evangelista: cum consummasset Jesus præcipiens duodecim discipulis transiit inde. Joannes autem etc. fit manifestissimum, remoto penitus arbitrio, sive præsentia duodecim apostolorum successissem legationem discipulorum Joannis. At in illa describenda utitur S. Matthæus eo principio, quod tempus minus proprie determinet, et definite designet. Nullum enim determinat definitum tempus hæc dictio: Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis ait etc. Igitur consequitur, ut iis habemus expositis et lectis ex Evangelistis, quæ propius missionem domini duodecim apostolorum contigisse visa sunt, ea subiungamus, quæ deinceps eodem tempore, quo Apostoli abfuere a domino contigerunt. In his post ea, quæ hactenus sunt relata nihil apparet in textu sacrosancto antiquius legatione discipulorum Joannis. Illa igitur erit prima ad continuandam hanc partem.

Facile item apud S. Lucam constat, continuationem Christianæ historiæ esse hinc petendam; quia etiam S. Lucas illam statim subiungit post missionem Apostolorum solis intermediis miraculis servi Centurionis, et filii viduæ Nain, de quibus dictum est oratione præcedenti. Porro laudatio Joannis Baptistæ proxime consequitur legationem discipulorum eiusdem, ut ex utroque Evangelista constat. Exprobratio item incredulorum et civitatem sub una illa, eademque oratione videtur comprehendi. Et hactenus S. Matthæus quidem ad v. 24. Cap. 11. excurrit, S. Lucas ad v. 35. C. 7.

Post hæc abeunt in diversa Matthæus, et Lucas. S. Lucas adiungit domini cœnam apud Simonem, quam Latena huius libri textui nostri exhibet C. 40. Eousque aberant duodecim apostoli, de qua illis reticetur in Evangelistis. Excipit lautia Simonis reditus duodecim Apostolorum a Matthæo descriptus Capite 11. v. 25. ad finem; hos enim dominus blande consolabatur, cum ibidem illa diceret v. 28. Venite ad me omnes qui laboratis ~~[illegible]~~

et orando estis, et ego reficiam vos etc.
Vide et intellige, quare S. Lucas deinde c. 9
v. 1. subjungat [illegible] Apostolorum sententiam
dicens: et factum est deinceps, et ipse iter faciebat
per civitates, et castella etc. et duodecim cum illo.
Videlicet paulo ante reversi fuerant, ut audivimus
S. Mattheo diximus.
In illo tempore, idest post illa quae hactenus, dominus
abiit per sata sabbato. de quo itinere tres
Evangelistae concordant. Refert id enim ipsum
Mattheus c. 12. ad v. 8. Marcus c. 2. v. 23.
ad 28. Lucas c. 6. v. 1. ad 5. Continuatio quae
sit, ostendit S. Mattheus, nam apud illum de discipulis
vellentibus spicas sabbato statim post eadem exceptis
ex missione jam facta. Marcus quidem hoc refert
antequam describat missionem Apostolorum. Namque
hanc non refert nisi tandem sequenti c. 6. incipiens
a v. 13. Sed quia eius oratio in hoc argumento
de sabbato, quo vellebant Apostoli spicas sic incipit:
Et factum est iterum cum Dominus sabbatis ambularet
per sata etc., intelligimus dubio procul S. Marcum
hanc rem de loco transtulisse. Quid enim est illud:
et factum est iterum, nisi factum est alio tempore?
Ergo quod proxime ibi sequitur ad aliud pertinet
tempus ab eo, de quo ante loquebatur. Loquebatur
scilicet de querela discipulorum Joannis, et
Pharisaeorum jejunantium, cum discipuli Domini
epularentur in domo Matthaei, id quod in eadem
nostra legis hoc l. c. 25. Subinde itaque hoc
de facto jejunio in sabbato propter facti similitudinem.
Eandem rationem quam S. Marcus etiam Lucas
secutus est. Vides enim et S. Lucam c. 6.
referentem de discipulis, qui vellerent spicas
in sabbato, statim posteaquam praecedenti capite
Dominus in domo Matthaei querelas discipulorum
Joannis et Pharisaeorum confutaverat. Inscripsit
autem S. Lucas de sabbato hoc ultimam [illegible]
spicarum narrationem iis verbis, quae tanto
majori cum celebritate referuntur, quanto magis
profitendo omnes se minime intelligere. S.
Hieronymus ad Nepotianum datis litteris cum
in difficultatem hujus textus praeferetur, ita exorditur.
Allata prope interpretatur saepe quod nescit. Et
cum aliis persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam.
Tanta loci difficultas est, ut magnum illum
Nazianzenum magistrum suum Maximus Hieronymus,
laudet magis quod explicare ausus non sit,
quam ut si sententiam interpres professus fuisset.
Liceat ergo multa nescire tantorum virorum exemplo;
aut imo necesse est profiteri ignorantiam, ubi tales

magistri cae tanti desperat sicutiam. Cum tamen in
hunc locum variæ admodum et multæ interpretationes
afferantur, augebo (nisi amplius perfecero) et ego
eorum numerum, qui hoc nescierunt, eum scrutarentur.
Dicit igitur S. Lucas C. 6. v. 1. in hunc modum: factum
est autem in sabbato secundo primo, cum transiret
per sata, vellebant discipuli ejus spicas, et manducabant
confricantes manibus. Quæritur sabbatum secundo
primum quid sit.
Græce legimus ἐν ~~σαββάτῳ~~ σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ
~~δεῦρο~~ δεῦρο et δευρί adverbia sunt Græcis quæ
vim supplent verbi deficientis; nam est et in plurali
δεῦτε, quod idem est, ac sequimini latine, sive secundate.
δεύτερος est igitur latinis non secundus modo, sed
etiam sequens. Proinde in sabbato secundo primo
idem est ac si diceret: in sabbato sequenti primo,
quod scilicet proxime conversionem Matthæi ~~secundum~~
sequutum est. Ut intelligas Dominum ingressum
fuisse ad Matthæum ~~[illegible]~~ ea die, quæ nobis nunc dominica dicitur.
itam sabbato evulsisse domini discipulos spicas, ita
ut a conversione Matthæi ad prandium in domo
Simonis imo ad sequentem diem, quo Apostoli cum
Domino fuerunt vellentes spicas, ~~intelligas~~ contemptos non
amplius aliquid intercessisse temporis, quam ab
una die ~~sabbato~~ ad ~~alterum~~ sabbatum. ~~[illegible]~~
~~[illegible] procedere historiæ [illegible]~~
~~[illegible]~~

Legis enim Luc. C. 5. v. 17. Et factum est in
una dierum etc. ~~Ergo intelligas sequenti pro:~~
~~ximo~~ Sanavit Paralyticum. Divertit eadem
die in domum Matthæi. Subsequuntur proxime
tria miracula. Nam e domo ipsa Matthæi evo-
catur ad filiam Jairi resuscitandam, qua
occasione etiam profluam sanavit. Transiens
a domo Jairi sanavit duos cæcos; tertio item
eadem die et mutum, testante Matthæo eodem
cap. 9. Tum cum dies sequens esset factus
Luca admonente C. 6. v. 13. nominavit
Apostolos. Illi peregre fuerunt ad feriam
sextam; nam sabbato secundo primo, hoc est
sequenti proximo erant iterum cum Domino
Luc. C. 6. v. 1. Ergo intelligas post conversio-
nem Matthæi sequenti proxime

Historiæ Compositæ l. 3.

Cap. [illegible]

1. Sanat manum aridam [illegible]
Matth. Cap. 12. v. 9. ad 13. Marci C. 3. v. 1. ad 5. Lucæ C. 6. v. 6. ad 10.

Factum est autem et in alio sabbato, ut intraret in synagogam, et doceret; et introivit iterum in synagogam.
et cum inde transiret venit in synagogam eorum
Et ecce erat ibi homo manum habens aridam et manus ejus dextra erat arida
Et observabant autem eum Scribæ, et Pharisæi, si sabbatis curaret: ut invenirent, unde accusarent
eum illum.
Ipse vero sciebat cogitationes eorum. et ait homini habenti qui habebat manum aridam surge et sta in
medium et surgens stetit.
Et interrogabant eum dicentes: si licet sabbatis curare, ut accusarent eum
Ait autem ad illos Jesus, et dixit eis: interrogo vos si licet sabbatis benefacere an male? animam salvam
facere an perdere? at illi tacebant.
Ipse autem dixit illis Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam et si ceciderit hæc sabbatis in foveam,
nonne tenebit, et levabit eam? Quanto magis melior est homo ove? itaque licet sabbatis benefacere
Et tunc circumspectis omnibus, circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum ait dicit dixit homini:
extende manum tuam. et extendit et restituta est manus ejus illi sanitati sicut altera.

Qu
in

Cap. 47.

1. Pharisæi et Herodiani consilium consultant adversus Jesum.

Matth. c. 12. v. 14. ad 21. Marci c. 3. v. 6. 7. 8. Luc. c. 6. v. 11.

Exeuntes autem Pharisæi statim cum Herodianis, consilium faciebant adversus eum, quomodo eum perderent. [replebantur insipientia, et colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Jesu]

Jesus autem sciens, cum discipulis suis recessit inde ad mare: et turba multa a Galilæa, et Judæa secuta est eum.

Et ab Jerosolymis, et ab Idumæa, et trans Jordanem, et qui circa Tyrum, et Sidonem, multitudo magna audientes, quæ faciebat venerunt ad eum.

Et secuti sunt eum multi, et curavit eos omnes.

Et præcepit eis, ne manifestum eum facerent: ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam

Dicentem: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ.

Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus nunciabit.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet in plateis aliquis vocem ejus.

Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium

Et in nomine ejus gentes sperabunt.

Cap. 48.

1. Sanat mutum dæmoniacum.

2. Respondet maledictis.

Matth. c. 12. v. 22. ad 37. Marci c. 3. v. 9. ad 12. et 22. ad 30. Luc. c. 11. v. 14. 15. et 17. ad 23.

Et dixit discipulis suis, ut navicula sibi deserviret propter turbam, ne comprimerent eum.

Multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent, quotquot habebant plagas.

Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, et clamabant dicentes:

Tu es filius dei: et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum.

Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus, et mutus: et erat ejiciens dæmonium, et illud erat mutum: et curavit eum, ita ut loqueretur et videret: et cum ejecisset dæmonium locutus est mutus, et admiratæ sunt turbæ.

+17. Et stupebant omnes turbæ, et dicebant, numquid hic est filius David?

Quidam autem ex eis, Pharisæi audientes, et scribæ qui ab Jerosolymis descenderant, dicebant, dixerunt.

Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum: quoniam Beelzebub habet. et quia in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.

Ipse autem Jesus sciens et videns cogitationes eorum dixit eis, et convocatis eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest Satanas Satanam ejicere?

Et si regnum in se dividatur, non potest regnum illud stare.

Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare.

Et si Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, et non poterit stare, sed finem habet

Omne regnum divisum contra se, in se ipsum desolabitur: et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit: et domus supra domum cadet.

Si autem Satanas in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia.

Et si Satanas Satanam ejicit, adversum se divisus est: quomodo vero stabit regnum ejus?

Et si autem ego in Beelzebub ejicio dæmones, dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt.

Porro si autem ego in spiritu dei, in digito dei ejicio dæmonia: igitur profecto pervenit in vos regnum dei.

Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget: et tunc domum ejus diripiet.

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet.

Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem? et tunc domum illius diripiet.

5. Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, et spolia ejus distribuet.

Qui non est mecum contra me est: et qui non colligit mecum, spargit, dispergit.

Amen ideo dico vobis quoniam omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus. omnia dimittentur filiis hominum peccata et blasphemiæ, quibus blasphemaverint.
Spiritus ~~autem~~ blasphemiæ non remittetur: ~~qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum non habebit remissionem~~
Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro: qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.
Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.
Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum: aut facite arborem malam, et fructum eius malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur.
Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.
Bonus homo de bono thesauro profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala.
Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.
Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

Homilia 15.

Continuatio historiæ Christianæ post sabbatum secundo primum.

~~Desiit continuatio historiæ Christianæ in oratione superiori cum sanatione dexteræ aridæ, quam sabbato sequenti primo post conversionem S. Matthæi diximus contigisse ex D. Luca~~

Desiit continuatio historiæ Christianæ in oratione superiori cum jurgio Pharisæorum, qui culpabant Apostolos quod vellerent spicas sabbato sequenti primo post conversionem S. Matthæi ut auctore S. Luca diximus ex capite 6. v. 1. videndum deinceps quo gressu incedat.

1. Dominus in alio sabbato sanat manum aridam.
2. Pharisæi et Herodiani consilia ineunt contra Dominum.
3. Sanat mutum dæmoniacum, et respondet maledictis Pharisæorum.

Et quidem circa primum difficultas illa nova oritur, utrum recte continuetur post ea quæ præcesserunt. Nam in catena c. 42. desiit Matthæus ubi discipuli vellerent spicas sabbato Cap. 12. v. 8. Marcus c. 2. v. 28. et ultimo, Lucas c. 6. v. 5. Nunc sanatio aridæ manus refertur à Matthæo quidem eodem capite 12. v. 9. Incipit eadem apud Marcum Cap. 3. v. 1. apud Lucam c. 6. v. 6. Dubitatio in eo est quandonam sanatio illa facta fuisse existimetur.

Enimvero ut dicit S. Aug. l. 2 de Cons. Evangelist. c. 35. quem refert S. Thom. in Cat. aurea: Posset putari eadem die factum et de spicis, et de ista sanatione, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum fuisse.

Cujus rei difficultas ut pateat, quæ sit, ecce tibi singulorum Evangelistarum ipsa verba. D. Matthæus ib. v. 9. inquit: et cum inde transisset venit in synagogam eorum. et v. 10. Et ecce homo etc. D. Marcus v. 1. c. 3. Et introivit iterum in Synagogam eorum, et erat ibi homo etc. D. Lucas loc. cit. v. 6. Factum est autem et in alio sabbato etc. Et ne ergo hæc sanatio donata ipso

sabbato quo vellebant Apostoli spicas, velut Matthaeus fidem faceret nisi dissonarent alii Evangelistae, an alio penitus sabbato, ut omnino videtur profiteri Lucas. Quaeritur hoc loco quae conciliatio Evangelistarum sit.

Solutio vera est, quam Natalis Alexander affert, verbis satis perspicuis: dominus videlicet manum aridam sanavit non eodem die, sed alio quodam sabbato, ut refert S. Lucas. Sed explanatio S. Matthaei [illegible] loquutus est. Dividitur enim illa in duas partes [illegible] v. 9. pertineat ad eam diem, qua vellebant Apostoli spicas. Narratio autem aridi [illegible] in sabbato facta refertur, ut nunc connotatio temporis quae praecessit non pertineat ad illam. Ita ut sententia sit v. 9. Et cum transisset inde venit eodem itinere illius diei in synagogam ~~illorum~~ eorum. ~~In eadem~~ et v. 10. In eadem synagoga cum porro esset (intellige quandocumque) ecce homo etc. Ita ut ecce hoc loco non tempus rei gestae, sed magis locum significet, vel potius decursum styli et sequentiae Evangelistae, ut diversis [illegible] est.

